Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0002-5

3

ANALYSIS
Libri Tertii Æneidos,
EXILIUM ÆNEÆ
ab
ORIENTE,
versùs
SEPTENTRIONEM ET MERIDIEM,
ad
OCCIDENTEM,
Prodigiis, Oraculis, Contagiis, Monstris,
Spectaculis, Deliciis, Sacrificiis,
Periculis, Exequiis,
MIXTUM,
NOTIS & TABULIS
delineans.
Opera
M. JOSEPHI SEIZII, p.t. Rect. Gymnasii
Patrii Svevo-Halensis.

HALÆ SVEVORUM,
Sumptibus Authoris, excud. Johan-Reinhardus Laidig
Anno Æræ Christianæ M D C L VII.

SYNOPSIS sive ARGUMENTUM

Jacobi Pontani.

OCcupato vastatoque Ilio, qui effugere vel exitium, vel servitutem potuerant utriusque sexus mortales, apud Idam montem ædificata classe, præcipiti vere, ductu & auspiciis Æneæ vela in incertum exilium dederunt. Primùm omnium in Thraciam delati, dum illic urbem novam, sedem fortunis suis condere moliuntur, à Polydoro monentur, ut regione, quam Tyrannus Polymnestor avaritia, & crudelitate sua infamârat, nihil cunctati excedant. Polydorum hunc Priamus Pater natu minimum, Troja circumvallatâ jam à Græcis, req; ad desperationem propendente, in Thraciam ad hospitem, & amicum Polymnestorem miserat, eique ad vitam tolerandam, si egeret, auri talenta compluria tradiderat. Ejus auri amore cæcatus avarissimus Rex, fœdus conculcat, puerum occidit, insepultum abiicit. Sed ut ad superiora redeamus, visum majoribus natu, obtemperandum salubri consilio, illicoq; deserendam Thraciam. Dantur tamen priùs inferiæ Polydoro, consueta Trojanis ceremonia. Appelluntur Delum, ab Anio Rege hospitalem in modum, honorificeque tractantur. Æneas oraculum consulens, terram matrem, è qua nimirum Trojanæ gentis auctor, ac parens in Phrygiam venerat, ibique urbem posuerat, petendam esse discit: eòdem loci posteritatem suam magna gloria, felicitateq; regnaturam. Cæterùm, quoniam Teucer, alter ex primis, & vetustissimis Trojanorum Propagatoribus, è Creta se illuc attulerat, Anchises Insulam illam, nonnullis præterea conjecturis, rerumque similitudinibus deceptus, suaderi falsò ratiocinatur, eademque fallitate alios secum involvit. Quamobrem insulas aliquot legentes, eò cursum dirigunt. Cùm illic de integro oppidum excitare instituerent (nuper enim idipsum in Thracia, sed Diis parum secundis tentaverant) & jam sub legibus

VI-

vitam agitare inciperent, exorta peſtilentia, finibus illis perinde abirum capeſſere compelluntur. Suaſor fit Anchiſes, Delum revertantur, ubi exploratiùs, quò ſit eundum, intelligant. Atecce per quietem Penates, quos Trojâ ſecum exportabat Æneas, ipſam Italiam, non Cretam requirendam eſſe commonefaciunt. Quæ ſpecies ſibi de nocte oblata ſit quieſcenti, quidque in mandatis acceperit, Parenti filius renunciat. Ille ſe ambiguitate locorum deceptum faſſus, penatibus aſſentitur: cùm præſertim Caſſandræ vatis authoritas accederet, cujus dicta ejus memoriam tangebant. Sequitur magnæ tempeſtatis luculenta deſcriptio, qua defuncti Strophadas tenent. Apud eas Inſulas magis moleſtum, quàm periculoſum adverſus Harpyias, fœdiſſima monſtra, certamen illis offertur: quarum Princeps Celæno diram famem Italiam ingreſſis perferendam denunciat. Abeunt, atq; in littore Actiaco Apollini ludos faciunt: Deinde ad templi valvas prægrandem clypeum Græcum, loco anathematis affigunt. Corcyram prætervecti, in Epirum deſcendunt: ubi quiddam incredibile ad aures eorum venit: Helenum Priamo genitum, cum Andromache, uxore quondam Hectoris, conjugio copulatum imperitare. Eam ipſam, Andromachen, inquam, à portu progreſſi, ante urbem duabus aris ceſpititiis Hectori ſuo parentalia ſolventem offendunt. Inopinatiſſimo Trojanorum conſpectu, miſeram deficit animus: ad terram collabitur: tandemque recreata, ipſiſſimine Trojani, aut Trojanorum potiùs ſimulacra ſint, percunctatur. Veritatem noſcit, viciſſimque de ſuo ſtatu interrogata, beatum præ ſe exclamat Polyxenam, quæ innupta adhuc, & ſervitutis expers, ad Achillis tumulum occubuerit: le juvenem ſuperbiſſimum, puta Pyrrhum, pro Hero, & marito perpeti coactam: qui dum Oreſti deſponſam Hermionen Menelai filiam præripere conatur, ab eodem commerita morte ſit affectus. Sic partem Epiri ad Helenum (quam ille Chaoniam nominaverit) perveniſſe: cui quidem famulo ipſa famula nupſerit. Contrà, quænam Æneæ fortuna, & quomodo eò locorum delatus ſit, nec non quid Aſcanio fiat, ſciſcitatur. Suaviſſimo colloquio Helenus nec opinatò intervenit, cives ſuos agnoſcit, in oppidum introducit, liberaliter habet. Hunc tanquam divinum, die tertio Æneas de reliqua conditione ſua audire cupit. Audit, ſe ante viſurum mare Siculum, & ad inferos deſcenſurum, quàm Italiæ compos evadat,

vadat, in qua urbis constituendæ locus prædicitur. Quas urbes, ut hostiles evitet, admonetur. Item de Scylla, & Charybdi fugienda, de Junone inprimis propitianda, de Sibylla consulenda, præcepta ei traduntur. Secundùm hæc valedicit Æneæ, eumque donis regia magnificentia dignis prosequitur. Andromache quoque textilibus, quæ ipsamet laboraverat, puerum Ascanium muneratur. Lachrymans in digressu Trojanus heros, perpetuum inter suos, illorumque posteros fœdus, amicitiamque pollicetur. Italiam gratulabundi conspiciunt, & quatuor equorum omen, in partem meliorem interpretantur. Junoni sacra jussa peragunt. Agitur deinceps de Ætnæis incendiis. Cùm in Sylva noctem, propter varia terriculamenta, insomnem exegissent, sequenti luce Achæmenides homo Græcus, horribili macie confectus, & ab Ulysse casu in illis locis relictus prodit: suppliciter orans, uti se communis memores humanitatis in navim dignentur accipere. Polyphemi crudelitatem, & quo pacto oculus ei sit exterebratus, quibusque cibis ipse per trimestre spatium victitaverit, enarrat. Apparet interea cum ovibus suis exoculatus ille Polyphemus, ad mare gradum fert, cruentam oculi latebram abluit. Trojanis metus incessit, de repentè præcisis anchoralibus fuga sibi consulunt. Tollit ingentem clamorem bellua, quo exciti Cyclopes accurrunt, & in littore instar altissimarum arborum astantes, quos lædere nequibant, navigantes, quousque oculi prospectum ferunt, sequuntur. Recensentur loca Siciliæ, quæ in transitu occurrerint. Ad extremum apud Drepanum Anchises vitâ cedit, quod Æneas cum magni significatione doloris pro Epilogo addit.

Annotatio.

Tanta quidem (ex Jac. Pontani sententia) hujus est libri difficultas, ob multorum descriptionem commemorationemque locorum, ut nisi abus, qui ea invíserint loca, absolutè intelligi nequeat. Quemadmodum enim (secundum Hieronymum) Græcorum Historias magis intelligunt, qui Athenas viderunt; & S. Scripturam librum præsertim παραλειπομένων, *luciduis intuentur, qui Judæa & Palestinæ loca perlustuârunt oculis: ita tertium hunc*

ma-

Maronis librum æquiùs expendet, meliùsque intelliget, qui à Troade per Leucaten & Acroceraunia, ad Siciliam, indeque ad ostia Tyberina navigaverit. Veruntamen cùm non cuivis homini contigat adire Corinthum, repertum est huic difficultati tollendæ remedium, charta nimirum Geographica, ex Atlante minore & Pontano, collecta, qua Navigatio Æneæ punctis expressa, si non ad palatum cujusque, tamen ad captum studiosæ juventutis, omnium oculis eâ, quâ per Sculptorem fieri potuit, accuratione subiicitur. Æneas enim Trojâ excisâ profugum cernere licet Idam primò tenentem, inde, juxta Antandrum factis navigiis Thraciam, in qua Ænum constituisse putatur; mox prodigiis territum tenuisse videbis Delum, indeque accepto augurio, parentis errore prætervectum Cycladas, in Cretam venisse: tum pestilentiæ motu, venatumque monitu digressum ad Strophadas divertisse: unde prætervectum maritima Græciæ, apud Epirum hospitio susceptum Heleni, atque ab hoc digressum in Calabriam, illinc Scyllam & Charybdim præter navigasse Ætnæ vicinas: hinc pulsum vento Drepanum venisse, ubi patrem amisit: pòst à recta aberrantem via, per saxa sive Aras tempestate in Africam ad Carthaginem conjectum, Didone nequicquam eum amante, reversum in Siciliam, institutis Patri anniversariis, constituta Acesta, cum templo Veneris, Sirenum scopulos prætervectum, & Cumas delatum antrum Sibyllæ, Avernumque lacum, inde Cajetam & Tybrim fluvium adisse, sicque septennis navigationis finem fecisse, sub initio VII. Libri Æneidos.

Argumenta quorundam metrica.

MODESTINI.

Post eversa Phrygum regna, ut fuga cæpta moveri:
Utq; sit in Thracen primo devectus, ibiq;
Mœnia condiderit, Polydori cæde piata:
Regis & hospitium, ut Phœbi responsa canebant:
Cœptum iter in Creten, rursus nova fata reperta:
Naufragus ut fuerit Strophadas compulsus ad undas:
Inde fugam, atq; iterum narrat præcepta Celæno:
Liquerit atq; Helenum, perceptis ordine fatis
Supplicem Achæmenidem, Polyphemo urgente receptum:
Amissumq; patrem Drepani, atq; hic deinde quievit.

JULIANI.

Post casum Trojæ, fabricata classe superstes,
Vela dat Æneas: urbemq; in littore Thracum
Mox aliam pulsus Cretæis condit in oris.
Cedit & hinc, Helenumq; videt, præceptaq; discit.
Ætneum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

NASONIS.

Tertius errores canit, amissumq; parentem.

ALIUD.

Tertius at complet narrantis in ordine gesta.

ALIUD.

Tertius à Troja vectos canit æquore Teucros.

TABEL-

TABELLA GENERALIS
LIBRI III ÆNEIDOS.

In III. Æneid. Exilium Æneæ describitur Plagis Mundi: ubi

1. *aboriente, Asia, Phrygia,* Troja calamitosa. *Tab. 1.*

2. *versùs*

1. *Septentrionem,* Thracia prodigiosa, *ubi Prodigii*
   1. *Occasio & Species.* 2.
   2. *Effectus.* 3.

2. *Meridiē,*

1. Delos captiosa, *ubi Oraculi*
   1. *Petitio.* 4.
   2. *Redditio.* 5.

2 Creta contagiosa, *ubi*
   1. *Appulsus.* 6.
   2. *Discessus*
      1. *Impulsiva.* 7.
      2. *Consilia* 8.

3. *ad Occidentem, ubi sunt loca*

1. *Græca, fal.*

1. Strophades monstrosæ, *ubi*
   1 *Appulsus.* 9.
   2. *Actus.* 10.
   3. *Eventus.* 11.

2. Actium jocosum. *12.*

3. Buthrotum delicioſum, *quod constat*

1. *Appulsu, ubi*
   1. *Æneæ digressio.* 13.
   2. *Andromachæ relatio.* 14.
   3 *Helenī exceptio.* 15.

2. *Actu, ubi*
   1. *Vaticinium.* 16.
   2. *Consiliū*
      1 *fugiendorum.* 17.
      2 *faciendorum.* 18.

3 *Eventu,*
   1. *Xenio.* 19.
   2. *Voto.* 20.

2. *Italica,*

1. Calabria ominosa. *21.*

2. Sicilia periculosa *quod constat*

1. *Appulsu.* 22.
2. *Egressu.* 23.
3. *Actu, qui est Achæmenidis*
   1. *Supplicatio.* 24.
   2. *Narratio.* 25.
4. *Discessu, cujus*
   1. *Impulsiva.* 26.
   2. *Actus.* 27.

3. Drepanum luctuosum. *28.*

NOTÆ.

a) Imperium Trojanum, quod erat in Asia minore.

b) Invidiosè causam excidii in Deos & fata transfert.

c) Florentissimum.

d) Cùm excidium, cædes, & incendium, citò desierint, fumus diutius perdurans, urbis eversæ faciē ex intervallo spectantibus miserabilem relinquit.

e) A Neptuno mœnibus cincta.

f) Ab incolis, vacuas; vel à Dardano quondam derelictas, Italas scilicet. g) Imperiis, fatis, oraculis, prodigiis.

h) Oppido ad radicem montis, in quo Paris inter Deas judicarat.

i) Paramus. Laconismo præceps studium declarat.

k) Promontoriis, quæ paulò ante juga appellavit. l) Pathos ab incertitudine casus, ut fraudis, dolique suspicio absit.

m) Colligimus. n) Navigare, quò fata vellent. o) Ecce pauciſſimis verbis maximam civitatem absorpsit, ne ruinam relinquens, quam lib. 2. dilataverat.

p) Duo humana ponit, & duo divina; patris non fit mentio. quia non pervenit in Italiam.

q) Dii majorum gentium Juppiter, Neptunus, Apollo, &c.

r) Bellicosa, Martia per Epenthesin, unde Marti patria assignata.

s) Severo, quòd exosus ebrietatem Thracum vites omnes succidi jussit. t) Jus hospitale, & religiosa societatis fœdera.

u) Dum fortunati fuimus. x) Urbem Ænon, vide Chartam Geogr. y) Propter terram cædibus fœdatam; & jus hospitii violatum.

z) Cives appello Ænedas ex meo nomine.

a) Veneri Jovis ex Dione filiæ.

b) Faventibus primis cœptis.

c) Nitidum, pinguem, saginatum, per Metalepsin, vel candidum ex religione, quà Diis superis candidæ offerebantur hostiæ.

d) Syncope & Periphrasis Jovis.

e) Taurus ex Pontificum traditione Jovi immolari non poterat; id circo Æneas obtulit sacrificium non litans, itaque monstro futuro prævium.

VERSVS.

POstquam res Asiæ Priamique evertere gentem
b Immeritam visum superis, ceciditque c superbum
Ilium, & omnis humo d fumat e Neptunia Troja:
Diversa exilia, & f desertas quærere terras,
g Auguriis agimur divûm: classemq; sub ipsa
h Antandro & Phrygiæ i molimur k montib9 Idæ,
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.
m Cõtrahimusq; viros. Vix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare n fatis vela jubebat.
Littora tum patriæ lacrymans, portusq; relinquo,
Et o campos, ubi Troja fuit. Feror exul in altum
Cum p sociis, natoq;, penatibus, & magnis q diis.
Terra procul vastis colitur r Mavortia campis;
(Thraces arant) s acri quondam regnata Lycurgo:
t Hospitium antiquum Trojæ, sociique penates,
Dum u fortuna fuit. Feror huc, & littore curvo
x Mœnia prima loco, fatis ingressus y iniquis:
z Æneadasq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra a Dionææ matri, divisque ferebam
b Auspicibus cœptorum operum: superoq; c nitentem
d Cælicolûm regi mactabam in littore e taurum.

For-

Libri III. Æneidos

Tabella I. Specialis.

Exilium Æneæ ab Oriente consistas

- 1. Occasione, Excidio Patriæ,
  - 1. ex toto, à
    - 1. Subjecto, Asiæ Imperio, Trojana gente insonte.
    - 2. Causa fatali.
  - 2. ex parte, ab exustione
    - 1. arcis regiæ, Ilii.
    - 2. urbis Trojæ.
- 2. Consiliis, vel causa
  - 1. finali, seu intentione quærendi terras alias.
  - 2. impulsiva, Auguriis Deorum.
  - 3. instrumentali, molitione classis,
    - 1. à subjecto loco, sub
      - 1. urbe Antandro.
      - 2. monte Ida.
    - 2. ab adjuncta incertudine meta.
    - 3. à causa socia, virorum contractione.
- 3. Actu,
  - 1. ab adjuncto tempore verno.
  - 2. ab impulsiva, Parentis Anchisæ monitu.
  - 3. a subjecto termino per Pathopœiam,
    - 1. à quo, patria littoribus, portubus, campis.
    - 2. ad quem, in altum.
  - 4. ab adjuncto, cum sociis, filio, penatibus, & Diis magnis.
- 4. Evectu, qui est Appulsus ad Thraciam, ubi,
  - 1. Chorographia
    - 1. ab amplitudine & laude militari.
    - 2. ab incolis, seu habitatoribus.
    - 3. à prisco rege Lycurgo.
    - 4. à fœderis hospitalis
      - 1. subjecto, Trojanis.
      - 2. adjuncta duratione fortuna.
  - 2. Pragmatologia est
    - 1. urbis molitio,
      - 1. à subjecto littore.
      - 2. à contrariis fatis.
      - 3 à nomine urbis & incolarum.
    - 2. hostiarum immolatio, facta
      - 1. Veneri matri.
      - 2. Diis auspicibus.
      - 3. Iovi, mactato tauro.

Fortè fuit juxtà c *tumulus, quo cornea summo*
b *Virgulta, & denſis haſtilibus* c *horrida myrtus.*
Acceſſi, viridemq́; ab humo convellere d *ſylvam*
Conatus, ramis e *tegerem ut frondentibus aras:*
f Horrendum & dictu video mirabile monſtrũ.
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus g *arbos*
Vellitur, huic h *atro liquuntur ſanguine guttæ,*
Et terram i *tabo maculant.* Mihi k frigidus horror.
Mẽbra quatit, l gelidoq́; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius m *lentum convellere vimen*
Inſequor, & cauſas n *penitùs tentare latentes:*
Alter & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa movens, animo, o *nymphas venerabar agreſtes.*
p *Gradivumq́; patrem,* q *Geticis, qui præſidet arvis,*
Ritè r *ſecundarent viſus,* s *omenq́; levarent.*
Tertia ſed poſtquam majore haſtilia nixu
Aggredior, genibusq́; t *adverſæ obluctor arenæ,*
(Eloquar, an ſileam?) u *gemitus* x *lachrymabilis imo*
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures:
Quid miſerum, Æneа, y *laceras? jam* z parce ſepulto,
Parce a pias ſcelerare manûs. b *Non me tibi Troja*
Externum tulit: haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge c *crudeles terras, fuge littus avarum.*
Nam Polydorus ego hic confixum d *ferrea texit*
Telorum e *ſeges, & jaculis* f *increvit acutis.*
Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus
g Obſtupui, h ſteteruntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.

Hunc

a) Et collis, & ſepulchrum.
b) Virgarum pullulantium denſitas, propriè virgultum dicitur.
c) Inculta & aſpera ob denſitatem virgultorum. d) Vim virgarum, quam priùs virgulta & haſtilia; poſtea, arborem, vimen, ramos, corticem, ſtipitem, ſegetem, jacula, vocat: maxima ſanè copia in varianda oratione. e) Solenne priſcis erat, perinde ac hodie, aras frondibus ornare ac veſtire.
f) Maximè admirandum & ſtupẽdum ob ſanguinis fluxum.
g) Virgultum, frutex. Auxeſis.
h) Atri ſanguinis guttæ deſtillant. Helleniſmus. i) Sanguine corrupto, k) Natura timoris. Metonym. & periphraſis horroris, cujus cauſa eſt ſanguis ad præcordia refluus, unde protinus provenit frigus. l) Propter abſceſſum & conſtipationem ſpirituum cum ſanguine. m) Molle, flexuoſum.
n) Penitius inveſtigare, tentando ſcrutari. o) Hamadryades, arborũ præſides, & inquilinas nativas, veritus, ne fortè illarum ſanguinem elicuiſſem; quia illæ cum arboribus naſci & mori credebantur. p) Martem, per Antonomas. Vel à gradiendo, vel à κραδύνειν, vibrando.
q) Thraciis, quorum partem olim tenuerunt Getæ. r) Ut bene verterent viſa; quo ſignificatu & Livius uſus eſt lib 1. Hoc velut domeſtico exterritus viſu.
s) Ut prodigium bonum ac leve, minimè grave aut adverſum facerent. t) Pulchra Hypotypoſis, acrem & contentam in evellendo virgulto molitionem exprimens. u) Parenthеſis & Addubitatio ad captandam attentionem & fidem. x) Cum lachrymis, vel lachrymis dignus. y) Lanias, contruncas.
z) Leges 12. Tab. nec defunctos injuria affici, nec ſepulchra violari ſinebant, ex ſanctionibus Solonis.
a) Noli manus tuas religioſas polluere atrociſſima ſacrilegii ſpecie. b) Troja me tibi tulit non externum, ſed civem tibi, cognatum tibi genuit, educavit. c) Meton. hominis crudelis & avari.
d) Ferro armata. e) Pervenuſta Metaph. f) Reviruit. Alluſum ad Romuli haſtam ex Aventino in Palatium jactam, quæ radice acta in arborem excrevit. g) Idem verſus ſub finem 2. lib.
h) Syſtole.

Versus Septentrionem Thracia est prodigiosa, ubi Prodigii notetur
- 1. Occasio, virgultorum evulsio, à
  - 1. subjecto loco, tumulo vel colliculo.
  - 2. speciebus,
    - 1. corno.
    - 2. myrto.
  - 3. forma, conatu evellendi.
  - 4. fine, ad tegendas aras.
- 2. Species, est ☞ vel
  - 1. ab adjuncta horribili mirabilitate.
  - 1. Visum stillicidiū sanguinis,
    - 1. inchoata, cujus
      - 1. subjectum virgultum primum.
      - 2. effectum stillicidium sanguinis, ☞ expolit.
      - 3. eventus, horror & formido.
    - 2. à causa, cōvulsionem
    - 2. iterata, cujus
      - 1 subjectum, lentum vimen.
      - 2. finis exploratio causæ.
      - 3. effectum, stillicidium sanguinis iteratum.
      - 4. eventa sunt
        - 1. cogitationes variæ.
        - 2. deprecationes, à
          - 1 subjectis
            - 1. Nymphis.
            - 2. Marte.
          - 2. fine, ut omen
            - 1. secundarent.
            - 2. levarent.
- 2. Auditum Polydori alloquiū, cujus
  - 1. Occasio est convulsio reiterata 1. aggrediendo. 2. obluctando.
  - Forma constat
    - 1. Captatione attentionis per
      - 1. Aporiam Poëtæ.
      - 2. Distributionem objecti
        - 1. gemitus.
        - 2. vocis.
    - 2. Propositione expostulatoria per Pathopœiam.
    - 3. Confirmatione
      - 1. à pio & æquo.
      - 2. à propinquitatis jure.
    - 4. Occupatione: non è stipite manat hic cruor.
    - 5. Complexione, cujus
      - 1. Propositio: fuge has terras.
      - 2. Ratio
        - 1. à cædis suæ crudelitate.
        - 2. à sepulchri viriditate.
  - 3. Eventus, Æneæ
    - 1. formido & horror.
    - 2. comæ subrecta, vox dempta.
- 3. Effectus, Polydori funeratio, vid. seq.

a) Digressio in historiam Polydori.
b) Secretò, ne res hostibus innotesceret.
c) Polymnestori, cui Ilione maxima natarum Priami nupserat.
d) In spem restaurandi regni Trojani, quod ipse in se redempto expertus fuerat. Eruditè autem & heroicè Poëta admirabilem copiam Euripidis in Hecuba contraxit.
e) Accisæ. Eleganter opes dicuntur frangi, etiam à Cicerone.
f) Fortunas & partes Græcorum.
g) Vide Adag. ad felicem inflectere parietem.
h) Jura cognationis & hospitii violat.
i) Enallage conjugationis.
k) Epiphonema per intetrogationem.
l) Execrabilis, execranda cupido. Metaph.
m) Redit. à digressione ad omissam rationem.
n) Boni principis est rem ad consilium referre, ut è multis sentẽtiis eligat, quæ optima est.
o) Portenta, quæ Dii monstraverant.
p) Hypall. regis scelerati.
q) Hypallage & Synecdoche.
r) Sepulchrum, quod virgultorum evulsione disjectum erat, ad pristinam similitudinem reficimus.
s) Proprio vocabulo rem significanter exprimit; nam ab aggerendo agger nomen habet.
t) Positæ sunt animæ Polydori aræ.
u) Mœstitiæ signa erant vittæ cæruleæ & cupressus.
x) Aut gentis, aut plangentium.
y) Inferiarum appellatio est ab inferendo.
z) Cymbium, poculum procerum in cymbæ modum, patens orificio amplo.
a) Animam his sacrificiis ad tumulum elicitam condimus, ut persolutis justis, deinceps conquiesceret.
b) Conclamamus ter Vale supremum.

[a]*Hunc Polydorũ auri quondam cum põdere magno*
Infelix Priamus [b] *furtim mandarat alendum*
[c] *Threicio regi: quum* [d] *jam diffideret armis*
Dardaniæ, cingiq́; urbem obsidione videret.
Ille, ut opes [e] *fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,*
[f] *Res Agamemnonias, & victricia q́; arma sequutus,*
[h] Fas omne abrumpit: *Polydorum obtruncat, & auro*
Vi [i] *potitur.* [k] Quid non mortalia pectora cogis
Auri [l] sacra fames? [m] *postquam pavor ossa reliquit.*
Delectos populi [n] *ad proceres, primumq́; parentem,*
Monstra [o] *deûm refero: & quæ sit sententia, posco.*
Omnibus idem animus, [p] *sceleratâ excedere terrâ:*
Linquere pollutum hospitium, & [q] *dare classibus austros.*
Ergo [r] *instauramus Polydoro funus, & ingens*
[s] *Aggeritur tumulo tellus:* [t] *stant manibus aræ,*
[u] *Cæruleis mœstæ vittis, atrâque cupresso:*
Et circum Iliades crinem [x] *de more solutæ.*
[y] *Inferimus tepido spumantia* [z] *cymbia lacte,*
Sanguinis & sacris pateras: animamq́ [a] *sepulcro*
Condimus, & [b] *magnâ supremum voce ciemus.*

Inde

- Polydori Funeratio constat
  - 1. Causa per Digressionem Poëtæ in Polydori
    - 1. amandationem.
      - 1. ab adjuncto auri pondere magno.
      - 2. ab efficiente Priamo, per Pathos.
      - 3. à fine, ut clàm aleretur.
      - 4. ab objecto, rege Thracio.
      - 5. ab impulsiva
        - 1. armorum diffidentia.
        - 2. obsidionis imminentia.
    - 2. obtruncationem.
      - 1. ab efficiente, Polymnestore Thracio.
      - 2. ab impulsiva, fortuna
        - 1. Trojanorum adversa.
        - 2. Græcorum prospera.
      - 3. à forma, violato jure hospitalitatis & affinitatis.
      - 4. à fine & effecto, auro vipotitur.
      - 5. ab adjuncta avaritia per Exclamationem.
  - 2. Consiliis,
    - 1. ab adjuncto tempore, post pavorem.
    - 2. à subjectis
      - 1. Proceribus.
      - 2. Anchisa.
    - 3. à forma,
      - 1. Æneæ petitione
        - 1. prodigium referendo.
        - 2. sententiam poscendo.
      - 2. Omniũ redditione, quâ cupiebant
        - 1. scelerata excedere terrâ.
        - 2. linquere pollutũ hospitiũ.
        - 3. navigando pergere.
  - 3. Actu,
    - 1. in genere, instaurando Polydoro funus.
    - 2. in specie
      - 1. aggerendo Cenotaphium, seu tumulum honorarium.
      - 2. erigendo aras lugubres
        - 1. vittis.
        - 2. cupresso.
      - 3. præficas more Trojano subornando.
      - 4. infundendo in sepulchrum
        - 1. Lac.
        - 2. Sanguinem.
      - 5. animam sepulchro condendo.
      - 6. supremum Vale dicendo.

Inde ubi[a] *prima fides pelago, placataq; ventis*
Dant maria, & lenis crepitans vocat[b] *auster in al-*
Deducunt socii naves, & littora complent. (*tum.*
Provehimur portu,[d] *terræq; urbesq; recedunt.*
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri & Neptuno[g] *Ægæo:*
Quam[h] *pius*[i] *arcitenens oras & littora circum*
Errantem,[k] *Mycone celsâ Gyaroq; revinxit,*
Immotamq; coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit: egressi veneramur[m] *Apollinis urbem.*
Rex[n] *Anius, rex idem hominũ, Phœbiq; sacerdos,*
Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum.
Jungimus[p] *hospitio dextras, & tecta subimus.*
Templa Dei[q] *saxo venerabar structa vetusto;*
Da[r] *propriam*[s] *Thymbræe domũ, da mœnia fessis,*
Et genus, & mansurã urbem: serva[t] *altera Trojæ*
Pergama, relliquias Danaûm atq; ĩmitis[u] *Achilli.*
Quem sequimur? quove ire jubes? ubi ponere sedes?
Da pater[x] auguriũ, atq; [y] animis illabere nostris.

Vix

a) Per opportunam anni tempestatem, cœli clementiam, maris tranquillitatem.
b) Synecd. speciei, pro quovis vento; neque enim auster sed Boreas evocabat ad navigandum.
c) Huc us oppositum est subducere.
d) Oculus nos quiescere judicans, motu conspecto, quasi semet retractans, terram retrò tendere opinatur.
e) Delos insula, priùs Ortygia.
f) Doridi. g) Hiatus Poëticus.
Æges urbs erat Eubœæ, ubi templum Neptuni Ægæi, unde nomen mari Ægeo. Sanè inter Hellespontum & Adriaticum mare, omne illic mare vocatur Ægæum.
h) In matrem, quam ultus est Pythone interempto; vel in natalem Delon, quam priùs errantem finxit. i) Apollo.
k) Insula humilis, sed in qua mons celsus Dimastus. Gyarus una Sporadum est Insula, in qua mures, teste Suida ferrum arrodunt. Mycone inter Cycladas.
l) Cùm ante Latonæ partum undis fluctuaret, & ventis agitaretur; Apollo eam immobilem, & vado fixam reddidit.
m) Delos insula est & urbs.
n) Filius Apollinis ex Staphyli filia, quam regno & sacerdotio Deli pater honoravit. Quin & olim apud varias gentes ipsi reges erant Pontifices.
o) Vittæ sacerdotum sunt, laurus
Regis victoris. p) Hospitalitatis jure. q) Ubi templum Delphicum, aliaque in Græcia incendiis, prædonibus, ac terræ moribus diruta essent, Delium intactum permanebat eodem saxo.
r) Perpetuam sedem.) Apollo, cui templum fuerat, cultusque in monte Thymbræo, qui est in agro Trojano. t) Reliquias Trojanorum, ex quibus altera Troja constituenda erat.
u) Genitivus contractus. x) Oraculum, consilium; catachrestice.
y) Ut tuam mentem rectè assequi possimus; nam tortuosa vatum responsa consultoribus sæpè imponebant.

TAB IV.

- Versùs Meridiem *in* Delo *captiosa notetur* Oraculi
  - 1. Petitio, *quæ describitur*
    - 1. *ab antecedente digressione, cujus*
      - 1. *Occasio*
        - 1. *mare navigabile.*
        - 2. *placati venti.*
        - 3. *auster lenis.*
      - 2. *Apparatus fit*
        - 1. *naves deducendo.*
        - 2. *littora complendo.*
      - 3. *Actus*
        - 1 *provehimur portu.*
        - 2. *terræ & urbes recedunt ex conspectu.*
    - 2. *à subsequente appulsione.*
      - 1. *à subjecto, Insula, Delo, per Chorographiam*
        - 1 *a situ, in mari medio.*
        - 2. *à religione tutelaris*
          - 1. *Deæ Doridis.*
          - 2. *Dei Neptuni.*
        - 3. *ab adjuncta tranquillitate, cujus*
          - 1. *Efficiens, Apollo.*
          - 2. *Materia, circumoras & littora.*
          - 3. *Forma religãdo insulis*
            - 1. *Mycone.*
            - 2. *Gyaro.*
          - 4. *Fines, ut esset tuta à ventis.*
      - 2. *ab actu,*
        - 1. *in portum succedendo.*
        - 2. *ad urbem procedendo.*
      - 3. *ab evẽtu,* Anii *occursu, p Prosopographiã,*
        - 1. *ab officio regio & sacerdotali.*
        - 2. *ab habitu religioso, vittis & lauro.*
        - 3. *ab hospitalitate, qua*
          - 1. *Anchisen agnovit.*
          - 2. *omnes excepit.*
      - 3. *à subjecto templo, à*
        - 1. *materia.*
        - 2. *vetustate.*
    - 2. Redditio, *vid. seq.*
  - 2. *Confirmatio, per Pathopœiam, quia sumus*
    - 1. *Proposi io petit*
      - 1. *domûs proprietatem.*
      - 2. *generis posteritatem.*
      - 3 *urbis stabilitatem.*
    - 2. *Confirmatio, per Pathopœiam, quia sumus*
      - 1. *altera Pergama Trojæ.*
      - 2. *reliquiæ Græcorum.*
    - 3. *Conclusio iterat petiti*
      - 1. *subjectum, quò sit proficiscendum.*
      - 2. *modum*
        - 1. *externum, per augurium.*
        - 2. *internum, per illapsum vel inspirationem.*
  - 4 *à forma, cujus*

Vix ea fatus eram: [a] *tremere omnia visa repente,*
[b] *Limina quę, laurus quę Dei: totus que moveri*
Mons circum, & [c] *mugire adytis* [d] *cortina reclusis.*
Submissi [e] *petimus terram, & vox fertur ad aures:*
Dardanidæ [f] *duri, quæ vos à stirpe parentum*
Prima tulit tellus, eadem vos g *ubere læto*
Accipiet reduces: [h] *antiquam exquirite matrem.*
Hîc [i] *domus Æneæ cunctis* [k] *dominabitur oris.*
Et nati natorum, [l] & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus. Mistoque ingens exorta tumultu
Lætitia: & cuncti, quæ sint ea [m] *mœnia, quærunt:*
Quò Phœbus vocet errantes, jubeatque [n] *reverti.*
Tum genitor, veterum [o] *volvens monimenta virorum,*
Audite, ô proceres (ait) & spes discite p *vestras.*
Creta q *Iovis magni medio jacet insula* [r] *ponto,*
Mons [s] *Idæus ubi, & gentis* [t] *cunabula nostræ.*
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
Maximus unde pater (si ritè audita recordor)
Teucrus [x] *Rhœteas primùm est advectus in oras,*
[y] *Optavitque locum regno. Nondum Ilium & arces*
Pergameæ steterant: [z] *habitabant vallibus imis.*
Hinc [a] *mater cultrix Cybele* [b] *Corybantiaque æra,*
Idæumque nemus: [c] *hinc fida silentia sacris,*
Et juncti currum domina [d] *subiêre leones.*
Ergo agite, &, divûm ducûm quà jussa, sequamur.
[e] *Placemus ventos, &* [f] *Gnossia regna petamus.*
[g] *Nec longo distant cursu:* modò Juppiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactavit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo:
Nigram [h] *hyemi pecudem,* [i] *Zephyris felicibus albam.*

a) Hæc Deum præsentem esse indicio erant, & tum vera reddebantur oracula. b) Domus per Synecd. Quę, vel Homerico more produxit sequente liquida, vel finalitatis & cæsuræ gratia. c) Metaph. d) Operculum tripodis æneum, pro ipso tripode, ut sit sensus: tripus antro recluso oraculum reddebat. e) Cum inclinatione ad terram. Propertius: humiles advolvimur aris. g) Metaph. remota. Ubertate læta Italiæ propria. h) Primam Trojanæ gentis originem repetite, Italiam, unde Dardanus ortus in Troadem comigravit. Allusum ad Historiam Bruti & Tarquiniorum. i) Genus & posteri ejus. k) Orbi terrarum, imperium Rom. innuit. l) Certè reliquiæ ejus imperii etiam nunc in Germania nostra & Austriaca domo superstant, quod peculiaris tractatus edocet impressus Typis Christiani Ægenolphi, Argentorati, Anno MD. XXIX. m) Synecd. n) An in Phrygiam, an aliam in terram. o) Historiam veterem recolens. p) Quid vobis sperandum sit. q. d. Ego senex morti vicinus non vobiscum perventurus sum in Italiã. q) Cretenses Jovem suum faciunt civem. r) Mari mediterraneo. s) Ab hoc monte nomen ille mons Phrygiæ accepit. t) Cunabula propriè infantũ lectuli; metaphoricè pro rudimẽtis & primordiis, aut origine alicujus rei, veluti si dixero: Reliquiæ Trojæ sunt in cunabula Romæ. u) Unde ἐκαλόμπολις dicta. x) Phrygias per Antonom. ab altero promontorio Trojão. y) Elegit. z) Unde colligere licet, loco editiori urbẽ conditã fuisse; & quaslibet arces vocari volunt Pergama. a) Mater Deorum Ops, Terra, Cybele. b) Cymbalorum Periphrasis per Metonym. c) Silentio enim & taciturnitate tegi mysteria volebant. d) Alluditad fabulã Hippomenis & Atalantæ. e) Propitios reddamus nobis, cõciliem⁹. f) Cretã, ab urbe celebri Gnosso. g) A Delo. vide Chart. Geogr. h) Tempestati. i) Synecd.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0018-4

Oraculi redditio constat

- 1. Ambiguâ narratione,
  - 1. ab adjuncto,
    - 1. motu repentino
      - 1. in genere omnium.
      - 2. in specie templi, lauri, montis.
    - 2. mugitu cortinæ.
    - 3. gestu audientium.
  - 2. à forma, cujus
    - 1. Exordium captat attentionem appellatione, qua potuissent solvere ambiguitatem Oraculi.
    - 2. Propositio habet
      - 1. ambiguum vaticinium, de
        - 1. primo parente.
        - 2. fœcunditate terræ.
      - 2. difficile mandatum, de exquirenda antiqua matre.
    - 3. Confirmatio ab imperio 1. Æneæ. 2. Posterorum.
  - 3. ab effecto,
    - 1. tumultuante lætitia.
    - 2. desiderio sciendi
      - 1. quæ sint ea mœnia? 2. quo vocet Phœbus?
      - 3. quo jubeat reverti?
- 2. Erronea interpretatione, cujus
  - 1. Efficiens, pater Anchises.
  - 2. Impulsiva, monumentorum veterum evolutio.
  - 3. Forma
    - 1. Captat attentionem.
    - 2. Proponit Trojanis spem.
    - 3. Narrat Chorographiam Cretæ,
      - 1. à dignitate & situ. 2. à monte Ida.
      - 3. ab origine gentis Trojanæ.
      - 4. ab urbium multitudine & magnitudine. 5. à soli fertilitate.
    - 4. Confirmat
      - 1. à subjecti
        - 1. primi regis
          - 1. origine, cum Aporia.
          - 2. transmigratione in Rhœtæum Promont.
          - 3. electione loci ad condendam urbem.
        - 2. loci 1. solitudine. 2. humilitate.
      - 2. ab adjunctis sacris,
        - 1. cultu Cybeles. 2. Corybantum cymbalis.
        - 3. Idæo nemore. 4. silentio sacrorum.
        - 5. curru à leonibus tracto.
    - 5. Concludit
      - 1. exhortando, ut
        - 1. sequantur jussa. 2. placent ventos.
        - 3. petant Cretam.
      - 2. movendo à facili
        - 1. propinquitate. 2. ope divina.
        - 3. itineris brevitate.
  - 4. Effectus, immolatio
    - 1. in genere ad aras.
    - 2. in specie
      - 1. taurum Neptuno & Apollini.
      - 2. ovem
        - 1. nigram hyemi
        - 2. albam Zephyris.

a) Occasione vacantis regni Cretici Anchisæ error confirmatur.

b) A suis, quod à Troja redeundi sibi filium gratulatum progressum immolare parabat, ex voto, oblaturum se, quod primum occurreret. Quale exemplum habetur in Jephta. c) Penult. producta, propter accusativum Jonicũ ῆας.

d) Hostis olim peregrinus & hospes dicebatur; postea perduellis & adversarius infensus.

e) Deli, ἀπὸ τῆς ὄρτυγος, à coturnice, in quam Asteria soror Latonæ conversa fingitur, vel quod primùm in ea visæ sunt coturnices frequentes.

f) Bacchi Orgiis celebratam; vel vitibus consitam.

g) Vide chartam Geograph.

h) Abundantem pabulo, aut insignem viridi marmore.

i) Unam Sporadum in Ægæo.

k) Niveo marmore nobilem.

l) Unde & Sporades dictæ.

m) Prætervehimur crebras terras, i. e. insulas toto mari sparsas & quasi disseminatas. n) Celeusma.

o) Mimesis. p) Qui primi Cretæ cultores. q) Ædifico ex fundamentis, eosque fossa cingo.

r) Urbem. s) Domos construere, vel sacrificia celebrare.

t) Erigere arcem in editiore loco ad defensionem. u) Subductæ puppes in littus. x) Conjugiis contractis fundare familias, agros signare & colere cœpit juventus.

y) Operari sumitur etiam, pro Facere, vel sacrificare.

z) Periphrasis pestis.

a) Nam pestis & segetum lues ex aëre infecto, & intemperie corrupto, accensisque solis vaporibus nascitur. b) Lunaris, parvus annus, mensis, quo oritur Sirius, seu canicula. c) Aut mortem obibant, aut lento laborabant morbo. *) Enallage. d) Stella ardens in ore canis. e) Et ipsa lue tacta, Metaph. f) Accepto malo Anchises demum errorem agnoscit. g) Erroris, cujus culpam sustinebat Anchises, non rectè interpretatus oraculum.

h) Pestilentiæ. i) Sperare, petere, quærere.

[a] *Fama volat,* [b] *pulsum regnis cessisse paternis*
[c] *Idomenea ducem, desertaq́, littore Cretæ,*
[d] *Hoste vacare domos sedesq́; astare relictas.*
Linquimus [e] *Ortygiæ portûs, pelagoq́; volamus:*
[f] *Bacchatamq́; jugis* [g] *Naxon,* [h] *viridẽq́; Donysam,*
[i] *Olearon,* [k] *niveamq́; Paron,* [l] *sparsasq́; per æquor*
Cycladas, & crebris [m] *legimus freta consita terris.*
[n] *Nauticus exoritur vario certamine clamor.*
Hortantur socii, [o] *Cretam proavosq́; petamus.*
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis [p] *Curetum allabimur oris.*
Ergo avidus muros optatæ [q] *molior urbis,*
[r] *Pergameamq́; voco, & lætam cognomine gentẽ*
Hortor [s] *amare focos,* [t] *arcemq́; attollere tectis.*
Famq́; ferè sicco [u] *subductæ littore puppes:*
[x] *Connubiis, arvisq́; novis* [y] *operata juventus:*
Jura domosq́; dabam: [z] *subitò quum tabida membra*
[a] *Corrupto cœli tractu, miserandaq́; venit*
Arboribusq́; satisq́; lues, & letifer [b] *annus.*
Linquebant dulces animas, [c] aut ægra trahebant
Corpora. Tum steriles * exurere [d] Sirius agros.
Arebant herbæ, & victum seges [e] ægra negabat.
Rursus [f] *ad Oraculum Ortygiæ Phœbumq́; remenso*
Hortatur pater ire mari, [g] *veniamq́; precari:*
Quem fessis finem rebus ferat, unde [h] laborum
[i] *Tentare auxilium jubeat, quò vertere cursus.*

Nox

- *In Creta contagiosa notetur*
  - 1. Appulsus, *cujus*
    - 1. *Impulsiva est fama Cretici*
      - 1. *Ducis Idomenei pulsi.*
      - 2. *Regni*
        - 1. *deserti.*
        - 2. *vacantis hoste.*
        - 3. *parati Trojanis.*
    - 2. *Subjectus temrinus,*
      - 1. *à quo, Enavigatio à Delo, ab adjuncta celeritate.*
      - 2. *per quem, Præternavigatio*
        - 1. *definita insularum, quæ sunt Naxos, Donysa, Olearos, Paros, Cyclades.*
        - 2. *indefinita, terræ maritima crebræ.*
      - 3. *ad quem, Adnavigatio ad Cretam*
        - 1. *ab adjūcto clamore nautico*
          - 1. *indefinito.*
          - 2. *definito ad petendam (Cretam.*
        - 2. *à causa, vento sequente.*
        - 3. *ab effectu seu actu appulsûs.*
    - 3. *Effectus est molitio urbis, ab adjuncta*
      - 1. *aviditate struendi muros.*
      - 2. *nominis jucunditate.*
      - 3. *ædium proprietate, per expolitionem.*
      - 4. *navium securitate.*
      - 5. *occupatione*
        - 1. *juventutis, circa* 1. *connubia.* 2. *arva.*
        - 2. *Æneæ dantis jura civitatis & domorum.*
  - 2. Discessus, *vid. seq.*
- 4. *Eventûs*
  - 1. *Species sunt*
    - 1. *Pestis,*
      - 1. *ab efficiente, corrupto aëre.*
      - 2. *à subjectis hominibus, arboribus, satis.*
      - 3. *ab effectis* 1. *morte.* 2. *tabe.*
    - 2. *Fames, cujus causa*
      - 1. *remota, pestilens Sirius.*
      - 2. *proxima*
        - 1. *plantarum ariditas.*
        - 2. *segetum sterilitas.*
  - 2. *Causam cognoscēdam suadet Anchises,*
    - 1, *renavigando ad Oraculum Apollinis.*
    - 2. *precando veniam.*
    - 3. *explorādo,*
      - 1. *quem exilii modum statuat?*
      - 2. *quod pesti remedium suadeat?*
      - 3. *quò cursum vertere jubeat?*

Nox erat, & [a] terris animalia somnus habebat:
Effigies sacræ divûm, [b] Phrygúq; penates,
Quos mecum à Troja, mediusq; ex ignibus urbis
Extuleram: visi ante oculos astare jacentis
In somnis, multo manifesti [c] lumine, quà se*
Plena per [d] insertas fundebat Luna fenestras.
Tum sic [e] affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
[f] Hic [g] canit: & tua nos en ultrò ad limina mittit.
Nos te, Dardaniâ incensâ, [h] tuaq; arma sequuti,
Nos tumidum sub te [i] permensi classibus æquor,
Idem venturos tollemus in [k] astra nepotes,
Imperiumq; [l] urbi dabimus: tu mœnia [m] magnis
Magna para, [n] longumq; fugæ ne linque laborē.
Mutandæ [o] sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ jussit considere Apollo:
[p] Est locus, [q] Hesperiam Grai cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ.
[r] Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
[s] Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus,
Iasiusq; pater, genus [u] à quo principe nostrum.
Surge, age, & hæc lætus longævo dicta parenti
Haud dubitanda refer: [x] Coritum, terrasq; require
Ausonias. [z] Dictæa negat tibi Iuppiter arva.

Tali-

a) Ellipsis. In terris, vel per terras. b) Trojani. *) Alii legunt insomnis, i.e. vigilantis; alii in somniis. c) Cum nimbo, qui circa Deos videri solet. Ita nostri pictores Christum & sanctos nimbo & orbiculo splendenti & radiato pingunt, more à Paganis tradito. d) Ædibus interpositas. Ut Lucretius lib. 2. Cùm lumina Solis insertim fundunt radios per opaca domorum. e) Enallage.

f) Versus decem accentuum, quos totidem dictiones singulæ singulos secum afferunt, quod rarissimum; præsertim, cùm nullæ interveniant conjunctiones inclinativæ. Similis Æn. 2. & 12.

g) Canunt Poëtæ, & canunt vates, cùm futura denunciant.

h) Tuas partes, tuam classem, tuũ imperium. i) Metaph. Poëtis familiaris. k) Hyperbole.

l) Lavinio, Albæ, Romæ m) Posteris. Est & hic Anadiplosis.

n) Profectionis & itineris molestias ne desere. o) Discedendum est hinc è Creta. p) Habentur hi quatuor versus etiam lib. 1. ex ore Ilionei. q) Ab Hespero rege Hispaniæ; vel a stella, quam intuentur petentes Italiam.

r) Ab Oenotro Sabinorum rege appellati. s) Diastole, ut in seq. Jasius frater Dardani fuit, Coritit ex Electra filius, quem cum occidisset Dardanus, ab avunculo Siculo Regæ Hispaniæ Atlantis filio Hetruria vel Tuscia expulsus, primùm in Cretam, deinde in Phrygiam profugit. Et Dardanꝰ quidẽ Jove natus, genuit ex Teucri filia Erichthonium, hic Troëm, Tros Ilum, Ilus Laomedontem Priami patrem.

u) Dardano. x) Hetruriæ oppidum à Corito rege. y) Ab Ausone Ulyssis & Calypsûs filio.

z) Cretensia. Nam Dicte mons est Cretæ, à Dicte Nympha ibi culta appellatus, ubi & Juppiter alitus est.

- Discessûs notentur
  - 1. Impulsiva, admonitio divina,
    - 1. ab adjuncto tempore, per Chronographiam noctis.
    - 2. ab efficiente, Diis Penatibus, qui describ.
      - 1. ab effigie, & officio tutelari.
      - 2. à fortuna & statu, ex intensa Troja erepti.
      - 3. à situ, & apparitionis modo.
      - 4. ab habitu,
        - 1. lumine nimbi.
        - 2 comparatione plenilunii.
      - 5. ab affatu consolatorio.
  - 2. Consilia, *vid. seq.*
  - 3. à forma, cujus
    - 1. Exordiũ captat
      - 1. docilitatem, à commoditate loci præsentis.
      - 2. attentionẽ,
        - 1. ab officio Phœbi mittentis.
        - 2. à meritis
          - 1. præteritis, nos sumus
            - 1. tua arma secuti.
            - 2. tecũ æquora permẽsi.
          - 2. futuris, quæ sunt
            - 1. amplitudo nepotum.
            - 2. urbis imperium.
    - 2. Propositio:
      - 1. mœnia magna quærenda.
      - 2. ulteriùs proficiscendum.
      - 3. è Creta discedendum.
    - 3. Confirmatio per
      - 1. Anæresin, Apollo
        - 1. non suasit hæc littora.
        - 2. nec jussit considere in Creta.
      - 2. Thesin, cujus
        - 1. explicatio per Chorographiam Italiæ.
          - 1. à nomine Græco.
          - 2. ab antiquitate.
          - 3. à militari gloria.
          - 4. à fertilitate.
          - 5. à vetustis incolis.
          - 6. à recenti nomine.
        - 2. applicatio per
          - 1. Protasin: hæ sedes propriæ.
          - 2. Ætiologiam, quia hinc
            - 1. Dardanus & Jasius.
            - 2. Trojanum genus.
    - 4. Complexio constat
      - 1. Præcepto, ut
        - 1. recenseat parenti.
        - 2. quærat Italiam.
      - 2. Argumento, quia Iuppiter denegat Cretam.

Talibus [a] *attonitus ⌐visis, ac* [b] *⌐voce deorum,*
(*Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere ⌐vultûs,*
[d] *Velatasq́; comas, præsentiaq́; ora ⌐videbar:*
Tum [e] gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendoq́; [f] supinas
Ad cœlum cum voce manus: *& munera libo*
[g] *Intemerata focis. Perfecto lætus* [h] *honore*
Anchisem facio [i] *certum, remq́; ordine pando.*
Agnovit prolem [k] *ambiguam,* [l] *geminosq́; parentes:*
Seq́; novo ⌐veterum deceptum errore [m] *locorum.*
Tum memorat: Nate Iliacis [n] *exercite fatis,*
Sola mihi tales casûs Cassandra [o] *canebat.*
(*Nunc repeto, hæc generi* [p] *portendere debita nostro,*
Et sæpe Hesperiam sæpe Itala regna [q] *⌐vocare.*)
Sed [r] quis ad Hesperiæ venturos littora Teucros
Crederet? *aut quem tum* [s] *⌐vates Cassandra movent?*
[t] Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait, & cuncti dictis paremus [u] *ovantes.*
Hanc [x] *quoq́; deserimus sedem,* [y] *paucisq́; relictis*
Vela damus, vastumq́; [z] *cavâ trabe * currimus æquor.* *Post-*

a) Stupefactus, & ceu tonitru exanimatus.
b) Periphrasticè docet, quid intelligat per Visa; Responsum scil. Deorum.
c) Occupat parenthesi, quod de somnio obiici poterat.
d) Vittatas, vittis ac diadematis cinctas. Velati, authore Scaligero dicebantur, qui caput cinctum licio laneo habeant.
e) Quia humor redundans caloris copiâ solutus retruditur. Cœl. Rhodig. Quod fieri solet in gravissimis æstuationibus, timoribus, & horroribus. Calor enim nativus ad præcordia fugiens, humidum radicale ad exteriora propellere videtur, quæ exanimationis, nec rarò ipsius est mortis via.
f) Religionem, pietatem, & alacritatem suam in parendo, ostendit.
g) Ritè perfecta, ut ratio sacrificii exigit.
h) Sacrificio, qui honor est Deorum.
i) Enallage gradus. Neque enim facile invenias: Reddere aliquem certum.
k) Non incertam, sed duplicem.
l) Duos, Dardanum ex Italia, Teucrum ex Creta profectum.
m) Cretæ & Italiæ. n) Fatigate totum decennium bello patrio. o) Prædicebat.
p) Portendi. Enall. generis. q) Memini. r) Res habebatur incredibilis, quia videbatur impossibilis. s) Vaticiniorum fide sublata Dei jussu. t) Epiphonema & Noëma.
u) Alacres. x) Sicuti Trojam & Thraciam. y) Mortis necessitate; vel ad inhabitandum meliorem pergamum. z) Periphrasis navis. *) Currere & cursus etiam in navigatione suum habent quoddam domicilium, ut loquitur ad Tironem Cicero.

TAB. VIII.

- Discessûs Consilia constant
  - 1. Communicatione
    - 1. Æneæ, cujus narr.
      - 1. antecedens
        - 1. consternatio
          - 1. ab objecto viso, & audito
          - 2. ab adjuncta veritate, per
            - 1. ἄρσιν: non erat somnium.
            - 2. θέσιν, sed coràm vidi
              - 1. vultus.
              - 2. comas.
              - 3. ora.
          - 3. ab effecto, sudore.
        - 2. surrectio subita.
        - 3. religio
          - 1. precum.
          - 2. sacrificiorum.
      - 2. consequens relatio,
        - 1. à gestu latitiæ.
        - 2. ab objecto, Anchisæ.
        - 3. à formâ, ordine.
    - 1. Anchisæ, ubi erroris
      - 1. agnitio, à subjectis
        - 1. personis, Teucro & Dardano.
        - 2. locis, Creta & Italia.
      - 2. confessio, cujus
        - 1. Exordium captat benevolentiam à personâ & statu Æneæ.
        - 2. Propositio in memoriam revocat vaticinium.
          - 1. ab efficiente Cassandra.
          - 2. à subjecto
            - 1. genere Trojano.
            - 2. loco Italo.
        - 3. Confirmatio excusat errorem
          - 1. ab itinere incredibili.
          - 2. à vaticinio nõ verisimili.
        - 4. Complexio hortatur ad parendum Oraculo.
  - 2 Executione, ubi
    - 1. Omnium obsecundatio.
    - 2. Cretæ desertio.
    - 3. Paucorum relictio.
    - 4. Propera navigatio.

Postquam altum tenuêre a *rates, nec jam amplius ullæ*
Apparent terræ: b cœlum undiq;, & undiq; pontus:
Tum mihi c *cæruleus supra caput astitit imber*
d *Noctem hyemēq; ferens:* e *& inhorruit unda tenebris.*
Continuò venti volvunt mare, magnaq; surgunt
Æquora: dispersi jactamur f *gurgite vasto.*
g *involvêre diem nimbi, &* h *nox humida cœlum*
Abstulit: i *ingeminant* k *abruptis nubibus* l *ignes.*
Excutimur cursu, & m *cæcis erramus in undis,*
n *Ipse diem noctemq; negat discernere cælo,*
Nec meminisse viæ media o *Palinurus in undâ.*
Tres adeò incertos cæca caligine p *Soles*
q *Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.*
Quarto terra die primùm se r *attollere tandem*
Visa: s *aperire procul montes, ac volvere fumum.*
Vela t *cadunt, remis* u *insurgimus: haud mora, nautæ*
Adnixi torquent spumas, & cærula x *verrunt.*
Servatum ex undis y *Strophadum me littora primùm*
Accipiunt. z *Strophades Graio stant nomine dictæ*
Insulæ a *Ionio in magno: quas dira Celæno*
b *Harpyiæq; colunt aliæ:* c *Phineïa postquam*
Clausa domus, mensasq; metu liquêre priores.
Tristius haud illis monstrum, d nec sævior ulla
Pestis & ira deûm Stygiis sese extulit undis.
Virginei volucrum vultus fœdissima ventris
e *Proluvies: f* uncæq; manûs, & pallida semper
Ora & fame. *Huc*

a) Naves. per Catachresin. Sunt enim rates propriè trabes inter se compactæ, quæ per aquas trahuntur. b) Lucret. lib. 4. Quippe ubi nil aliud, nisi aquam cœlumque tuentur. Ovid. Omnia pontus erat. c) Ater. More Græcorum, qui κυάνεον pro cæruleo & nigro usurpant.

d) Caliginem cum procella, seu tempestate. e) Horridior facta est per tenebras. f) Mari, per Acyrologiam. g) Aspectum ademere nubes. h) Nubes caliginosa. i) Enall. generis.

k) Nunc hinc nunc illinc abruptis nubibus ignes. Lucret.

l) Fulmina. m) Metalepsis.

n) Navigandi perituissimus, Emphasis. o) Gubernator navis regiæ sive prætoriæ. p) Dies obscuros. q) Excussi cursu, aversi tempestate a proposito itinere.

r) Nam terra videtur exurgere, cum littori appropinquamus.

s) Ostendere sese. t) Dissolutione. Facti a. celeritatem designat. u) Exurgentes fortiùs remigamus. x) Metaph. Poëtæ frequentissima. y) Vide Chart. Geograph. z) Duæ contra Cyparissum Peloponnesi promontorium, hodie lingua Strivoli. Dicuntur ἀπὸ τῆς τροφῆς, a reverendo, quod filii Boreæ alati hucusque Harpyias persecuti revertebantur ab Iride moniti.

a) Hiatus Græcus. b) Monstra rapacia, volucria tria: Aello, Ocypete, Celæno. c) Phinei regis Arcadiæ, qui cum liberos ex priore uxore suasu Harpalices novercæ excæcasset, Dii ultores & ipsum oculis privarunt, & monstra hæc miserunt, quæ cibos ejus fœdarent. d) His etiam Poëta lib. 6. sedem in Orci vestibulo tribuit. Alius esse videtur ad Strygem Arcadiæ. e) Sordium effusio, alvi retrimentas. Lucretius proluviem alvi dixit, veteres proluvium. f) Ungues, Græcis καμψώνυχες.

g) Veluti fame; nam locum abundare dicit armentis; aut revera fame, quam eis inferebat non inopia, sed avaritia.

- Ad Occidentem Strophades monstrosæ describuntur
  - 1. Appulsu cujus
    - 1. Causa est Tempestas,
      - 1. navibus altum tenentibus.
      - 1. à subjectu
        - 2. terris è conspectu fugientibus.
        - 3. cœlo, marique solis apparentibus.
      - 2. ab efficiente nube, quæ desit.
        - 1 ab adjuncto colore & situ.
        - 2. ab effecto per
          - 1. Distributionem serens
            - 1 caliginem.
            - 2 procellam.
          - 2. Hyperbolen, unda inhorruit.
      - 3. à forma per congeriem
        - 1 venti oriuntur. 2 procellæ surgunt. 3. naves jactantur.
        - 4 claritas diurna occidit. 5. caligo nocturna ingruit.
        - 6 tonitrua fulminibus miscentur.
      - 4. ab effecto, cessatione,
        - 1. à subjectu personis
          - 1 in genere omnibus.
          - 2. in specie gubernatorum, qui
            - 1. nesciebat discriminare diem & noctem.
            - 2. nec meminerat viæ in mari.
        - 2. ab adjuncto tempore durationis fuit.
          - 1. tres sine luce dies.
          - 2. totidem sine sidere nocles.
    - 2. Actus, adnavigatio
      - 1 à tempore, quarto die.
      - 2. à signis,
        - 1. terræ attolluntur.
        - 2. montes aperiuntur.
        - 3. fumus volvitur.
      - 3 à forma, collectu velis remigando.
      - 4 à causa adjuvante, conatu nautarum per expolitionem
        - 1. nihil cunctantium.
        - 2 spumas torquentium.
        - 3. cœrula verrentium.
      - 5. ab effectu, servatus ex undis appulit in Strophades.
    - 3. Subjectus locus, per Chorograph.
      - 1 à nomine Græco.
      - 2 à situ in mari Ionio.
      - 3 abincolis, per topographiam,
        - 1. à nomine
          - 1 speciali Celæno.
          - 2. generali, Harpyiæ.
        - 2 abimmanitate, per
          - 1 expolitionem totius,
            - 1. monstrum tristissimum.
            - 2. pestis sevissima.
            - 3. Furiis crudelior.
          - 2. distributionem partium
            - 1. vultus virgineus.
            - 2. venter proluvie sœdus.
            - 3. manus rapaces.
            - 4. os fame pallidum.
  - 2 Actu.
  - 3 Evectu. } vid seqq.

Huc ubi[a] *delati portûs intravimus, ecce*
[b] *Læta bouum passim campis armenta videmus,*
[c] *Caprigenûmq́ pecus, nullo custode, per herbam.*
Irruimus ferro, & divos ipsumq́; vocamus
In prædam partemq́; [c] *Jovem. Tunc littore curvo*
Exstruimusq́; [f] *toros, dapibusq́; epulamur opimis.*
At subitæ horrifico lapsu de montibus [g] *adsunt*
Harpyiæ, & magnis quatiunt [h] *clangoribus alas:*
Diripiuntq́; dapes, contactuque omnia fædant
Immundo: tum [i] *vox tetrum dira inter odorem.*
Rursum in [k] *secessu longo, sub rupe cavatâ,*
[l] *Arboribus clausi circùm atq́; horrentibus umbris,*
Instruimus mensas, [m] *aresq́; reponimus ignem.*
Rursum ex [n] *diverso cœli,* [o] *cæcoq́; latebris,*
[p] *Turba sonans prædã pedibus circumvolat uncis,*
Polluit ore dapes. Socius tunc [r] *arma capessant*
Edico, & dirâ bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac jussi faciunt, tectosq́; per herbam
Disponunt enses, & [t] *scuta latentia condunt.*
Ergo, ubi delapsæ sonitum per curva dedêre
Littora, [u] *dat signum speculâ Misenus ab altâ*
[x] *Ære cavo: invadũt socii, &* [y] *nova prælia tentãt,*
Obscenas [z] *pelagi ferro* [a] *fœdare volucres.*
Sed neq́; [b] *vim plumis ullam, nec vulnera tergo*
Accipiunt: celeriq́; fugâ sub sidera lapsæ
Semesam prædam & [c] *vestigia fœda relinquunt.*

Una

a) Venire dicimur aliquò sponte & voluntate, deferri verò necessitate. b) Pinguia, vel per Hypall. Nos læti. c) Alii neutrum singulare, alii fœminium plurale volunt, per Syncopen, Caprigenarũ. d) Voto in prædæ pattem vocamus. ἔν δαῖσ. Participes facimus. Nam & de præda Diis immolabatur, & partes consecratæ de tholo suspendebantur, ut Dianæ aprorum capita, & cervorum cornua.
e) Romæ templum erat Jovis prædatoris, quòd ei aliquid ex præda debeatur. Dabantur a Jovi prædarum decimæ, more Romano.
f) Lectos, sibi congeriem cespitum ex herbis intortis congerimus.
g) Velocitatem notat hoc verbo.
h) Peculiare fuit huic rapacium avium generi, antequam prædam invaderent, clangorem edere.
i) Auditur. Ellipsis. k) Nihil tam tutum, tam abditum, quod Harpyiarum rapacitati non sit obnoxium. l) Arborum & sylvarum umbris. m) Novamus toros, & repetimus cibum, aris quoq́; ignẽ & sacrificia restituimus, quasi ad succidaneas hostias, cùm prioribus non litatum esset. n) Tractu, plaga, regione, aut cardine mundi; vel ut alii, è secreto montium loco. o) Occultis & latẽtibus. Metalepsis. p) Impetum ostendit. Tanquam turba, cum earum tres tantùm fuerint; vel propter tumultum & strepitum alarum, vel quòd revera plures fuerint. q) Complectitur, surripit, à vola, unde est involare.
r) Arma capere milites, ubi impet[a] in hostes faciendus erat, jubebantur. s) Disponunt & tegunt; δύο δι ἑνός. t) Scuta condendo latere faciunt.
u) Classicum canit Misenus tubicen, de quo lib. 6. x) Tuba aut lituo. y) Insueta.
z) Tetræ & Ponti, ut ali Neptuni filias. a) Vulnerare, cruentare. b) Vim vulnerum, plumarum levitate ictum eludente. c) Vel pedum signa, vel epuli conspurcati.

- Actus in Strophadibus & Impetus Harpyiarum
  - 1. sine pugna, ubi
    - 1. Causa est præda,
      - 1. ab occasione,
        - 1. ingressu in portum.
        - 2. conspectu
          - 1. armentorum boum.
          - 2. caprarum sine custode.
      - 2. ab actu, confixione.
      - 3. ab eventu,
        - 1. invitatione
          - 1. Deorum.
          - 2. Iovis.
        - 2. exstructione tororum.
        - 3. epulatione.
    - 2. Actus in loco
      - 1. planiori,
        - 1. à celeritate horrifica advolandi de montibus.
        - 2. à clangore alarum.
        - 3. à direptione dapum.
        - 4 à fœdo contactu.
        - 5. à tetro odore cum voce dira.
      - 2. secretiori,
        - 1. à situ, in secessu, sub rupe.
        - 2. à monimento naturali sylva.
        - 3 ab apparatu epularum & sacrificiorum.
        - 4. ab Harpyiarum
          - 1. reditu.
          - 2. volatu circa dapes.
          - 3. contactu fœdo.
  - 2. cum pugna, cujus
    - 1. Causa,
      - 1. ab impulsiva, Æneæ edicto
        - 1. sapiendi arma.
        - 2. gerendi bellum.
      - 2. socia, obsequium sociorum
        - 1. disponentium enses.
        - 2. condentium scuta.
    - 2. Actus,
      - 1. Harpyiarum reditus.
      - 2. Misenis classicum.
      - 3. Sociorum studium
        - 1. præliandi.
        - 2. vulnerandi.
    - 3. Eventus, Harpyiarum
      - 1. illæsibilitas per Expolitionem.
      - 2. fugæ celeritas.
      - 3. semesæ prædæ & vestigiorũ fœditas.

Una in præcelsâ consedit rupe Celæno,
a infelix vates: rupitq; hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, c stratisq; juvencis,
d Laomedontiadæ, e bellúmne inferre paratis?
Et patrio insontes f Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quæ h Phœbo pater omnipotens mihi Lætus Apollo
Prædixit: vobis Furiarum ego i maxima pando.
Italiam cursu petitis: k ventisq; vocatis
Ibitis l Italiam, portusq; intrare licebit.
Sed non antè m datam cingetis mœnibus urbem,
Quàm vos dira fames, n nostræq; injuria cædis,
Ambesas subigat malis o absumere mensas,
Dixit, & in silvam pennis ablata p refugit.
At sociis subitâ gelidus formidine sanguis
Diriguit; *cecidere animi: nec jam amplius armis*
Sed q votis precibusq; jubent exposcere r pacem:
Sive s deæ, seu sint diræ obscenæq; volucres.
At pater Anchises passis de littore palmis (res.
Numina magnæ vocat t meritosq; indicit honos-
Dii prohibite minas, dii talem avertite casum,
Et u placidi servate pios. *Tum littore funem*
Diripere, excusso q; jubet laxare v rudentes.
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis,
Quà cursum ventus q; gubernatorq; vocabant.
Iam

a) Infelicitatis nuncia.
b) Locuta est. Periphrasis.
c) Epexegesis
d) Trojani à perfido Laomedonte oriundi.
e) Anaph Repetitio emphatica.
f) Emphaticè, quasi Jovis canes, Oceani neptes, Iridis sorores, Neptuni filias, seu Ponti & Terræ.
g) Expolitione attentionē captat.
h) Climax.
i) Hinc eorum probatur opinio, qui Furias esse Harpyias sentiunt.
k) Placatis nigra & alba pecude.
l) Epanalepsis, & Ellipsis.
m) Fatis destinatam, promissam.
n) Ista mentitur; nam imminens fames erat Trojanis fatalis.
o) Sunt qui orbiculos paniceos, qui carnibus supponi solent, comestos putant; alii mensas ex frumento confectas & Dijs Penatibus consecratas. Huic a vaticinio respondit eventus, lib. 7. Heus etiam mensas consumimus, inquit Julus, sed per jocum eludens vaticinium.
p) Non quidem metu, quod non conveniret minanti.
q) Numina placantur. Votis & Precibus, quæ Græcis communi nomine sunt εὐχαὶ. Val. Max. l. 1. c. 1.
r) Veniam.
s) Utramque opinionem in medio modestè relinquit.
t) Jovem, Minervam, Mercurium.
u) Congrua sacrificia solenni ritu denunciat.
x) Benigni, placati.
y) Funes nauticos, prymnesia. Effque laxare rudentes idem, quod oram solvere. z Scal. l. 5. c. 3. Diffluentiam, inquit, Homericam coërcuit Maro duobus mirificis his versibus. Et divinus alter est, qui dat classem vento & gubernatori.


Eventus in Strophadibus est Vaticinium, in quo
1. Efficiens Celæno
1. à situ, sedens in rupe præcelsa.
2. ab infausto præsagio.
3. à loquela.
2. Forma constat
1 Exordio, ab effectu per expostulationem injuriæ
1. præcedentis, quæ est cædes boum.
2. præsentis, quâ iam conantur
1. sibi inferre bellum.
2. se expellere regno.
2. Propositiõe, quæ excitat attentionem
1. petitione, ut attendant.
2. promissione dicendo rum, ab authoritate
1. divinat. 1. Iovis. 2. Apollinis.
2. sua.
3. Cõfirmatione, quâ prædicit
1. grata, Trojanos
1. venturos in Italiam.
2 intraturos portum.
3. condituros urbem.
2. acerba, Famem
1. à causa, injuria cædis.
2. ab effecto, violanda religiõe, in absumendis quadris expa-
ne.
3. Eventus est
1. Harpyiæ avolatio.
2. Trojanorum horror
1. ab adjuncto, 1. rigore sanguinis. 2 mutatione mentis.
2. ab effecto, consilio, cujus
1. propositio jubet
1. ponere arma.
2. orare pacem.
2. confirmatio, quia sunt vel
1. Deæ.
2. diræ aves.
3. Anchisæ
1. deprecatio
1. à gestu, passis palmis.
2. ab objecto numinibus
1. Iovis. 2. Minervæ.
3. Mercurii.
2. à forma
1. facti, instituendo sacrificia.
2. dicti, quo petit
1. aversionem malorum.
2. servationem piorum.
2. præceptio, cujus
1. forma jubet
1. diripere funem.
2. laxare rudentem.
2. effectus fuga
1. ab administris ventis.
2. ab adjuncta celeritate.
3. à subjecto, quâ vocabant venti & gubernator.

Iam medio apparet fluctu nemorosa [a] *Zacynthos,*
[b] *Dulichiumq́;* [c] *Sameq́;* [d] *Neritos ardua saxis:*
[e] *Effugimus scopulos* [f] *Ithacæ,* [g] *Laërtia regna,*
Et terram altricem sævi exsecramur [h] *Ulyssis.*
Mox & [i] *Leucatæ* [k] *nimbosa cacumina montis,*
Et [l] *formidatus nautis* [m] *aperitur* [n] *Apollo.*
Hunc petimus fessi & parvæ succedimus [o] *urbi.*
[p] Anchora de prora jacitur, stant littore puppes.
Ergo insperatâ tandem tellure potiti,
[q] *Lustramurq́; Jovi,* [r] *votis q́; incendimus aras:*
[s] *Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.*
Exercent [t] *patrias oleo labente palæstras*
Nudati socii. [u] *Juvat evasisse tot urbes*
Argolicas, [x] *mediosq́; fugam tenuisse per hostes,*
Interea [y] *magnum Sol circumvolvitur annum,*
Et glacialis hyems aquilonibus asperat undas.
Ære cavo clypeum magni gestamen [z] *Abantis,*
Postibus adversis figo, & [a] *rem carmine signo:*
[b] Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portûs jubeo & considere transtris.
Certatim socii [d] *feriunt mare, & æquora* [e] *verrunt.*

Proti-

a) Abest hæc Insula à Strophadibus plus minus novem milliaribus Germanicis, Hodie Zanthe dicta. b) Insulam alii volunt, alii urbem Cephalleniæ. c) Trecentis stadiis distans a Zazyntho. d) Mons Ithacæ, a quo Ulysses Neritus dictus. e) Celeriter transimus. f) Scopulos & rupes, quas habet Ithaca, per Ironiâ vocat regna. Hodie Vrachi nominant insulâ horridam & inamœnam, ob asperitatem montiũ incultam. g) Diastole. Fuit a. Laërtes Ulyssis pater. h) Cujus fraude urbs Troja fuit deleta. i) Promõtorii Epiri a petris λευκαῖς albis dicti. k) Ferè enim caput hujus montis nubibus obscurum. l) Aut quia locus hostilis, aut saxis asper; aut quia moris, erat aliquẽ de nautis imolari. m) Apparet, procul se ostendit. n) Fanum Apollinis Metonym. o) Leucadi, an Ambraciæ, an Actio? discrepãt sentẽtiæ. p) Ἄγκυρα, ferramentum utrinq́; uncu, quod in vadum imissum funibꝰ naves retinet, ne tempestate ingruente loco moveantur. Anacharsis Scythæ philosophi invẽtũ esse dicitur. q) Purgamur ut Jovi sacrificemus, vel sacrificando Jovi expiamur. r) Vota facientes. s) In Augusti honorem & antiquioré originem, alludit ad ludos Actiacos, in honorem Apollinis, devicto Antonio ad Actium instituros. t) Lucta, pancratio, palæstra, idque nudi & uncti. Ratio publici gaudii, quòd per medias hostium urbes huc usque feliciter navigando penetrassent. x) Eperegesis. y) Solstitialem, solarem; non Lunarem: non omnium Planetarum & Platonicum nugatorium. z) Græci alicujus ab Æneâ victi & spoliati, cum Androgeo, ea nocte, qua peribat Troja. a) Rem i e. votum vel voluntatem meam Epigrammate insignio. b) Detracta consecravit: usitata hujus modi inscriptionibꝰ Ellipsi. Et ut magna brevitas est hujus tituli: ita intellectus ubertima latitudo. Æneas posuit, Æneas scripsit; idque in agro hostili, & quietem tutus: habuit arma victoribus Græcis erepta, eademque in ipsorum sedibus ostentationis causa affixit: addidit Epigramma, quod testaretur scribentis gloriam, & eorum, qui superiores recessissent, ludibria demonstraret: superesse Trojanos, qui Græcos ulcisci possint. c) Jugis vel tabulis, in quibus remiges sedere solent. d) Remis verberant, ut naves propellant. e) Metaphora à scopis ad remos.

TAB. XII.

Actium ideoſam deſcribitur

- 1. Appulſu,
  - 1. à ſubjectis locis, quæ
    - 1. præternavigarunt, ut insulæ
      - 1. Dulichium, Same, Neritos.
      - 2. Ithaca,
        - 1. à ſcopulis.
        - 2. à regibus
          - 1. Laërte.
          - 2. Vlyſſe.
    - 2. adnavigarunt, ad Epiri
      - 1. Promontorium Leucatam.
      - 2. Templum Apollinis.
      - 3. Vrbem Ambraciam.
  - 2. ab adjuncta, claſſis ſtatione, à ſitu
    - 1. proræ, de qua pendet anchora.
    - 2. puppis, quæ ſtat in littore.
- 2. Actu,
  - 1. ab impulſiva terræ inſperatæ fruitione.
  - 2. à diſtributione in actiones
    - 1. religioſas, quæ ſunt
      - 1 expiatio.
      - 2. ſacrificatio.
    - 2. ludicras,
      - 1. à vetuſtate & loco.
      - 2. à forma ludendi
        - 1. oleo fluente.
        - 2. nudatis corporibus.
  - 3. ab adjuncto gaudio, quòd
    - 1. evaſerint tot urbes Græcas.
    - 2. effugerint per medios hoſtes.
- 3. Diſceſſu, qui deſcribitur.
  - 1. Chronographia
    - 1. anniſolaris.
    - 2. hyemis.
  - 2. Mnemato-logia monimenti
    - 1. fixi, clypei,
      - 1. à materia.
      - 2. à ſubjecto
        - 1. poſſeſſore.
        - 2. loco, in poſtibus.
    - 2. ſcripti
      - 1. à forma carminis ſeu epigrammatis.
      - 2. à materia, quis & quid dicaverit.
  - 3. Hodæporia,
    - 1. à cauſa, Æneæ mandato,
      - 1. linquendi portûs.
      - 2. conſidendi tranſtris.
    - 2. ab effecto, ſociorum obſequio, per expolitionem.

a) Altas Hyperbole b) Phæacia nunc Corcyra. c) Nauticus sermo; i.e. præterimus; videntur enim, quæ navigando præterimus, abscondi & evanescere

d) Præternavigamus Epiri partem. e) Apocope, pro Portui. f) Epirus dicitur Chaonia, a Chaone Heleni fratre. g) Hodie Butrinto.

h) Non enim erat verisimile, victũ iniri victores regnare. i) Priami filium. k) Sortitum partem Epiri. l) Æaci nepotis m) Imperio. n) Trojano, Hectoris fratri, Heleno. o) Desiderio compellandi. p) In portu æstatione. q) Anniversarias. r) Parentalia.

s) Repræsentati, simulati, qui nomine referret Simoënta Troadis fluvium. t) Hectoris.

u) Manes evocabat ad libamina & inferias. x) Cenotaphium.

y) Unam marito, alteram Astyanacti filio, vel quòd honorationi duæ consecrabantur aræ.

z) Pathetice & graphicè ex occursu suo Andromachæ consternationem describit,

a) Reous insperatis; monstri enim simile erat, Trojanos in Epirum venire. b) Antequam nos plenè vidisset obstupuit. c) Animi deliquio, λειποψυχία deficit, συγκόπτεται.

d) Tautologia perturbatæ personæ

e) Periphrasis mortis: si mortuus es, cur Hector non est tecum?

f) Ubi ad mentionem Hectoris ventum est, tacuit, & flevit

g) Nihil omninò mediocre in sexu fœmineo. Semper enim aut minus quam canem, aut plusquam senionem jacit Ita hic Andromache implevit clamore locum. Non a mediocris vox clamor, nec mediocris clamor, qui locum implet Scal. l 3. c. 13.

h) Immodicè dolenti respondeo. i) Vix præ dolore loqui possum. k) Periculis sursum deorsum exhaustis. l) Incomparabili. Emphasis. m) Signatè locutus est. Nam dejecta excipiuntur. n) Uxor. Græca Ellipsi, ut lib. 6 Deiphobe Glauci, scil. filia.

Protinus a aerias b Phæacum e abscondimus arces,
Littoraq; d Epiri legimus: e portuq; subimus
Chaonio, & celsam g Buthroti ascendimus urbem.
Hic h incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden, Helenum k Grajas regnare per urbes,
Conjugio i Æacidæ Pyrrhi m sceptriq; potitum,
Et n patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroq; incensum pectus o amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, p classes & littora linquens.
q Solennes tum forte dapes, & r tristia dona
Ante urbem in luco, s falsi Simoëntis ad undam,
Libabat t cineri Andromache, u manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite x inanem,
Et y geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.
Vi z me conspexit venientem, & Troïa circùm
Arma amens vidit magnis exterrita a monstris,
b Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit.
c Labitur, & longo vix tandem tempore fatur:
d Verane te facies, verus mihi nuntius affers,
Nate dea? vivisne? aut, e si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit: f lacrymasq; effudit, & omnem
g Implevit clamore locum. Vix pauca h furenti
Subjicio, & i raris turbatus vocibus hisco:
Vivo equidem, vitamq; k extrema per omnia du-
Ne dubita. Nam vera vides. (co.
Heu! quis te casus dejectam conjuge l tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna revisit?
m n Hectoris Andromache, Pyrrhin connubia servas?

Deje-

TAB. XIII.


1. Subjectus terminus
1. praternavigationis 1. Corcyra insula, 2. Epiri littora.
2. adnavigationis 1. Portus Chaonius. 2. Urbs Buthrotiũ.
2. Impulsiva
1. externa Fama,
1. ab adjuncta incredibilitate.
2. ab objecto cujus fortuna
1. Heleo, 1 generalis, regnum Græcum. 2. specialis, Pyrrhi 1. conjugium. 2. sceptrum.
2. Andromache reddita marito patrio.
2. interna,
1. stupor. (scendi casum.
2. desiderium 1. compellandi virum. 2. cognoscendi casum.
3. Actus progressionis, à subjecto termino à quo, portu, classe, littore.
4. Eventus, Andromachæ offensio, cujus
1. Occasio est Parētatio Hectoris,
1. à materia & adjūctis: dapes solennes, dona tristia.
2. à subjecto loco, extra urbem, in luco, apud fictum Simoënta.
3. à forma,
1. libādo cineri Hectoris.
2. vocādo manes, ad tumulum,
1. à materia, cespite.
2. ab adjunctis aris.
2. Adjuncta
1. consternatio,
1. ab impulsiva conspectu
1. Æneæ & armorum.
2. tanquam monstrorum.
2. ab adjuncto rigore, exanimatione, lapsu.
3. ab effectu, difficultate loquendi.
2. compellatio
1. à forma quæstionis,
1. num verè vivis?
2. an es mortuus?
3. ubi Hector meus?
2. ab adjuncto 1. fletu. 2. clamore.
3. Effectum Æneæ
1. turbatio. 2. hæsitatio.
2. responsio, cujus
1. propositio: vivo equidem.
2. expolitio: vitam duco miserè.
3. complexio: ne dubita, nā vides vera.
4 quæstio de Andromache 1. casu. 2. fortuna. 3. conjugio.
1. Appulsu, qui constat
1. Æneæ egressione, ubinot.
2. Andromachæ relatione.
3. Heleni exceptione.
} vid. seqq.
2. Actu.
3. Digressu.
} vid. seqq.
Buthrotum deliciosum describitur

a) Pudibunda. Prioris enim conditiõis recordatione erubuit, quod ingenui pudoris est signum.
b) Periphrasis Polyxenæ per Antonomasiam. c) A Pyrrho ad sepulchrũ Achillis patris mactata.
d) Quod minùs acerbũ est, quàm mori non posse, cum velis.
e) Quæ nemini Græcotum sortitione cessit, ut reliquæ Troades primariæ. f) Singula Emphatica. Ego enim non cum fiducia conjugali securè ascendi lectum Pyrrhi genialem; sed ut captiva victoris cubile, quod pecudum est, pavens contigi. g) Pyrrhi.
h) Cujus pater Achilles præter aliosHectorem & Troilum; filius patre crudeliorPolitem, adeoque ipsum Priamum, filiamque Polyxenam trucidavit: hujus, inquit, ego fastum tuli. i) Aliis enixè Adverbium servitutis gravitatem exprimens. Aliis placet enixæ, quasi subjugatæ & labore exercitæ: Servius exponit: in ipso servitio enixa sum filium Molossum.
k) Ledæ neptem exHelena, quam amare cœperat post susceptam ex Andromache serva prolem.
l) Nuptias Hermiones Laconicæ.
m) Paranomasia. Herili voluntate, non conjugii lege, captivam captivo traddidit. n) Ubi audivit Pyrrhus eam Oresti datam, Lacedæmonem profectus, à Menelao virginis patre, sibi desponsatam poscit conjugem, quam ille, amico fidem servare volens, Oresti ereptam Pyrrho reddidit. o) Ob interfectam a se matrem Clytemnestram cum Ægystho adultero furore correptus. p) Ab hoc proverbium: Oreste insanior.
q) Indigna contumelia motus Orestes Pyrrhum Neoptolemum sacris operantem Delphis, incautum obtruncat, Hermionemque suam repetit.
r) Ad aras Apollinis patri & filio fatales.
s) Data, tradita, per privignum Enall. fig.
t) Fratre suo, qui poscente sic oraculo, se devoverat, ut servarentur socii Heleni, grassante inter eos peste sæva.
u) Repræsentata & delineata ad formam Trojæ antiquæ.
x) Montibus.
y) Tam prosperi, quæ fata tam felicia, quis Deus tam amicus?
z) Honesta Ellipsis verbi generalis Agit aut Facit.
a) Quidam complent: obsessâ est enixa Creusa. Alii aliter. Sed Hemistichia Virgiliana velle perficere & cõplere, est Apellis dimidiatã Venerẽ conari absolvere.
b) Creusæ, cujus casum Andromache captiva abducta quinquenio jam exacto sæpiùs potuit audire.
c) Quasi dicat: anne aliquod paternæ virtutis specimen in eo elucet, & avunculũ suũ aliquando est imitaturus. Norat enim Heroum filios sæpe noxas evadere, & à patriis virtutibus degenerare.

[a] *Dejecit vultum, & demissa voce locuta est:*
O felix una ante alias, [b] Priameia virgo,
Hostilem ad [c] tumulum, Trojæ sub mœnibus altis
[d] *Jussa mori: quæ [e] sortitûs non pertulit ullos,*
Nec [f] victoris heri tetigit captiva cubile.
Nos patriâ incensâ, diversa per æquora vectæ,
[g] *Stirpis Achilleæ fastûs, juvenemq; [h] superbum*
Servitio [i] enixæ tulimus: qui deinde secutus
[k] *Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosq; [l] hymenæos,*
Me famulam [m] famuloq; Heleno transmisit habendã.
Ast illum, [n] ereptæ magno inflammatus amore
Conjugis, & [o] scelerum furiis agitatus [p] Oreste,
[q] *Excipit in cautum, [r] patriasq; obtruncat ad aras.*
Morte Neoptolemi, regnorum [s] reddita cessit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Trojano à [t] Chaone dixit:
[u] *Pergamaq;, Iliacumq; [x] jugis hanc addidit arcem.*
Sed tibi [y] qui cursum venti, quæ fata dedêre!
Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?
Quid [z] puer Ascanius? superátne, & vescitur aura?
Quem tibi jam [a] Troja.
Ecquæ jam puero est amissæ cura [b] parentis?
[c] *Ecquid in antiquam virtutem animosq; viriles*
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector?

Talia

Andromachæ relatio describitur

1. Antecedenti gestu
- 1. vultus dejecti.
- 2. vocis demissæ.

2. Forma, quæ constat

1. Propositione, qua infelicitatē suam indicat, per comparat. Polyxenæ, ubi
- 1. Protasis felicitatem ejus prædicat per Exclamat.
- 2. Ratio per
  - 1. θέσιν, à mortis
    - 1. loco, ad tumulum Achillis, & Pergama.
    - 2. modo violento.
  - 2. ἄρσιν,
    - 1. non venit in sortem.
    - 2. nō cessit victori concubina.

2. Confirmatione à forma
- 1. Suavidel.
  - 1. tristi servitute
    - 1. ab antecedenti
      - 1. Patriæ incendio,
      - 2. suo exilio.
    - 2. à consequenti Pyrrhi
      - 1. superbiâ.
      - 2. libidine.
  - 2. lata libertate,
    - 1. ab occasione, nuptiis alienis Hermiones
      - 1. Ledææ.
      - 2. Lacenæ.
    - 2. à forma, conjugio Heleni.
- 2. Heleni
  - 1. ab occasione cædē Pyrrhi, cujus
    - 1. efficiens Orestes ab impulsiva
      - 1. externa, raptæ cōjugis.
      - 2 interna, furore.
    - 2. actus, ab opportunitate & loco.
  - 2. à subjecta regni parte, quæ cessit ei per mortem Pyrrhi.
  - 3. ab effecto,
    - 1. denominatione regni à nominis
      - 1. qualitate, Chaonia.
      - 2. causa, Chaone.
    - 2. extructione 1. Pergamorum, 2. Ilii.
- 3. Clausula, quæstione de
  - 1. Æneæ
    - 1. cursu.
    - 2. appulsu.
  - 2. Ascanii
    - 1. Vita per Expolitionem, & Ellipsin, vel Aposiopesin.
    - 2. Cura super amissam matrem.
    - 3. Virtute, an sit æmulus
      - 1. Parentis.
      - 2. Avunculi?

3. Consequenti fletu, per expolitionem.

a) Quanta cura decorum personarum observans Poëta muliebres affectus, orationem gestus, in Andromacha retulit? b) Frustra. c) Helenus rex & vates Priami filius, qui Pyrrho interempto Chaonia potitus est. d) Honorés non mutarunt mores Heleni, quò minùs humanissimè exciperet Æneã. e) Lachrymæ eædem & doloris præteriti & voluptatis præsentis indices sunt, ubi se conspiciunt longo post tempore amici & cõsanguinei, multis interim periculis & laboribus exantlatis. f) Ad repræsentationem veteris Trojæ & Pergamorum. g) Quem & Scamandrum vocant. Arentem a, dicit, quòd magis aquationi & oblectationi accommodatus esset, quàm navigatiõi. h) Portæ ad lævã sitæ, καὶ ἐξοχὴν nominatæ, quòd in ea fuerit sepulchrum Laomedontis, quo integro Troja capi non poterat. In memoriam hujus portæ Æneas amplectendo veneratur Buthroti portam. Solebant enim profugi & coloni non tantùm effingere simulachra patriæ, ejusq; nomine & urbem & amnes appellare; verùm etiam abituri postes domorum & portarum limina amplecti & osculari, velut & reduces in patriam. i) Buthroto, ubi cives nostri. k) Convivio excepit, cœna adventitia. l) Diæresis Græcis frequens: etiam in soluta oratione habent antiqua monument a: Caisaris, pro Cæsaris. m) Vini, per Meton. Rectè Bacchi, non Baccho, ut convivium non sacrificium fuisse ostendat. n) Argumentum benignitatis in bidui convivio. o) Synecd. Spec. p) Helenum. q) Trojane. Periphr. r) Qui es peritissimus divinandi, ex Apollinis afflatu. s) Quid tripus fuerit, non tribus, sed pluribus disputant sententiis interpretes. t) Apollinis, cui sacra Claros Inf. u) Laurus Apollini sacra, divinationis symbolum, hinc vates δαφνηφάγοι, laurivori, qui comesa lauro responsum dant. x) Qui peritus es Astrologiæ. y) Qui es augur oscinum. z) Qui ex avium volatu potes augurium captare. a) Hypall. Omnis religio promisit prosperum cursum. b) Oraculis suis. c) Remotas. Syncope. d) Deorum, ob illatas injurias. e) Vel, quæ ad obscœna compellit; vel quam obscena avis prædixerat. f) Longum Hyperbaton, quod incipit à Fare age, & durat usque ad Quæ prima. g) Duplex petit consilium, vitandi pericula, ferendi labores, h) Pericula & difficultates itinerum & bellorum.

Talia[a] *fundebat lachrymans longosq; ciebat*
Incassum fletûs: quum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert.
Agnoscitq; suos, latusq; ad mœnia ducit:
Et multùm[c] *lacrymas verba inter singula fundit.*
Procedo, &[f] *parvam Trojam, simulataq; magnis*
Pergama, & arentem[g] *Xanthi cognomine rivum*
Agnosco:[h] *Scæasq; amplector limina portæ.*
Nec non & Teucri[i] *sociâ simul urbe fruuntur.*
Illos porticibus rex[k] *accipiebat in amplis.*
Aulai in medio libabant pocula[m] Bacchi,
Impositis auro dapibus: paterasq; tenebant.
Iamq; dies[n] *alterq; dies processit, & auræ*
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus[o] *austro.*
His[p] *vatem aggredior dictis, ac talia quæso:*
Trojugena,[r] *interpres divûm qui numina Phœbi,*
Qui[s] *tripodas,*[t] *Clarii*[u] *lauros, qui*[x] *sidera sentis,*
Et[y] *volucrum linguas, & præpetis omina*[z] *pennæ:*
Fare age (namq;[a] *omnem cursum mihi prospera dixit*
Religio, & cuncti suaserunt[b] *numine divi*
Italiam petere, & terras tentare,[c] *repostas:*
Sola novum, dictuq; nefas, Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristes denunciat[d] *iras,*
Obscœnamq; famem) f quæ g prima pericula vito,
Quidvé sequ.ns, tantos possum superare[h] *labores?*

Hic

TAB XV.


Heleni exceptio constat
1. Occasione, seu accessu,
1. à subjecto loco à quo, ab urbe.
2. ab adjunctis,
1. personæ descriptione, à
1. virtute.
2. familia.
3. nomine.
2. comitatu.
2. Forma, seu Actu
1. Heleni
1. agnitione.
2. in urbem introductione.
3. lachrymabili collocutione.
2. Æneæ
1. processione.
2. contemplatione similium
1. Trojæ.
2. Pergamorum.
3. Xanthi.
4. Portæ Scææ.
3. Sociorum omnium exceptione.
3. Effecto, hospitio regio,
1. à subjecto loco, in porticibus amplis.
2. à sacrificio.
3. à convivio, cujus magnificentia describitur à vasis aureis
1. esculentorum.
2. poculentorum.
4. Eventu, Æneæ petitione, cujus
1. Adjunctum tempus, tertius dies.
2. Occasio, est invitatio ad navigandum
1. in genere, ventorum.
2. in specie, austri.
3. Forma
1. indefinita, aggressu & affatu vatis.
2. definita
1. Exordio, quo captat benevolentiam, ab ejus
1. Patria & officio.
2. Scientia
1. Oraculorum ex Apollinis
1. tripodibus.
2. lauris.
2. Astrorum.
3. Auspiciorum ex avium
1. cantu.
2. volatu.
2. Propositione, qua petit modum
1. vitandi pericula.
per Parenthesin,
2. superandi labores.
3. Ratione, à pugnantibus Oraculis
1. faustis
1. ab efficiente
1. Apolline. 2. Penatibus.
2. à materia, Italia petenda.
2. infaustis
1. ab efficiente Celæno.
2. à materia
1. prodigio nefando.
2. tristi ira.
3. obscæna fame.

a) De more sacrificantũ, antè expiat nefas, i.e. famem ab Harpyia praditam, & sic venit ad vaticinationẽ, deorum gratia sacrificiis conciliata, quæ hostiæ consultatoriæ & injugis vocabantur. b) Vatũ ritu, significans animo curis soluto, se ad numen accedere. c) Apostr. d) Sollicitũ & attentum de futuris, vel etiam religione Numinis iclum & loci veneratione motum. e) Potioribus, cœlestibus. f) Disponit volvendo fatorũ vices, atq; ordinando. g) Vicina; vel, ipse hospes, per Hypall. h) Parcarum numerum & officium vide in Lexic. i) Enall. Personæ cũ energia. k) Saturni filia. l) Ignaro fati. Enall. m) Metaph. àre militari. n) Polypt. o) Paranom. Via superatu difficilis, δύςβατος. p) Sicula, à tribus promontoriis dicta, triquetrã efficientibus; vide chart. Geogr. q) Flectendus, incurvando. Magnis enim viribus remigando flectuntur & curvantur remi. r) Maris Tyrrheni & Hadriatici. s) Avernum & Lucrinum, inter quos per speluncam ad inferos descendebatur. lib. 6. t) Adjectivè, pro Colchica. Æa enim ad Phasin amnem erat Peninsula, Metropolis Colchorum. u) Venefica, Solis & Perses nymphæ filia. x) Laviniũ putant alii, Albam longam alii. y) Anxio de laborum catastrophe. z) Rem minimè fabulosã passim tradunt Historiarũ Scriptores, de prodigioso Scrofæ, cum 30. albis suculis, occursu: arguunt id. m monetæ æneæ aliaq;, quas videre licet. a) Ascanii regnum Albanum significat. b) Porcelli vel suculæ. c) Albæ origo de qua Propert. Et stetit Alba potens, albæ suis omine nata. d) Errorum, non bellorum. e) Ostendit famem futuram quidem, sed non diram. f) Proverbialis versus, quo quis semet aliumve in rebus dubiis, perplexis, tristibus, aut arumnosis sollicitum & anxium levare poterit. Habet eandem vim cum illo: Adhuc est aliquis Deus

Hic Helenus,[a] cæsis primùm de more juvencis,
Exorat pacem divûm: [b] vittasq; resolvit
Sacrati capitis: meq; ad [c] tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo [d] suspensum numine ducit.
Atq; hæc deinde canit divino ex ore sacerdos:
Nate deâ, (nam te [e] majoribus ire per altum
Auspiciis, manifesta fides: sic fata deûm rex
[f] Sortitur, volvitq; vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quo tutior [g] hospita lustres
Æquora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera [h] Parcæ
Scire [i] Helenum, fariq; vetat [k] Saturnia Juno.
Principio Italiam, quam tu jam rere propinquam,
Vicinosq; [l] ignare paras [m] invadere portûs,
Longa procul [n] longis via dividit [o] invia terris.
Antè & [p] Trinacriâ [q] lentandus remus in undâ,
Et [r] salis Ausonii lustrandum navibus æquor,
[s] Infernique lacus, [t] Æaæque insula [u] Circes:
Quàm tutâ possis [x] urbem componere terrâ.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto,
Quum tibi [y] sollicito secreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inventa sub ilicibus [z] sus,
[a] Triginta capitum fœtûs enixa jacebit,
Alba solo recubans, albi circum ubera [b] nati:
Is locus [c] urbis erit, requies ea certa [d] laborum.
Nec tu [e] mensarum morsûs horresce futuros,
[f] Fata viam invenient, aderitq; vocatus Apollo.

a) Ostendentis est Heleni in Epiro cõstituti, & monitis fugiendã Calabriã, Apuliã, Lucaniam, &c tanquã magnã Græciã, ita dictam, quod Philosophato ibi fuerit Magnus Pythagoras. b) Ionici. c) Hostibus. d) A Narice Locridu urbe.

[a] Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ [b] nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta [c] malis habitãtur mœnia Graiis.
Hic & [d] Naritii posuerunt mœnia Locri. Et

TAB. XVI.

Actus Euthrotici & Heleni

1. Vaticinium quod describitur

1. Forma, quæ constat

1. Exordio Propositione mixto, quo captat

1. Sacrificii,
1. à materia, juvencus.
2. à fine exorandi deos.
3. ab adjuncto gestu, resolutione vittæ.

2 Manuductionis,
1. à subjecto loco, in templũ Phœbi, p Anastrophen.
2. ab adjuncta Æneæ suspensione.
3. ab effecto, oraculi petiti redditione.

2. Attentionem, à causis navigationis,
1. Diis majoribus providentibꝰ.
2. Iove disponente.
3. Parcis ordinantibus.

3. Docilitatem, mẽtiõe

1. dicendorũ
1. ab adjuncta brevitate. (culum.
2. à fine, quò
1. salvꝰ evadat maris periincolumis teneat Italiæ

2. tacendorum, interdicto
1. Parcarum. (portum.
2. Iunonis.

2. Narratione: per geminam occupationem ubi

1. Prioris

1. Hypophora obiicit
1. Italiæ propinquitatem.
2. Portus vicinitatem.

2. Anthypophora subiicit longinquitatẽ

1. gravãdo,
1. viæ difficultate.
2 anfractuum, varietate,
1. ab adeunda Sicilia.
2. à pernavigando mari Tyrrheno.
3. à visitandis inferis.
4. à prætereunda Insula (Circes.

2. levando, sive urbis
1. à loco tuto.
2. à signo, inveniendæ, Scrofæ, ubi
1. captatur attentio.
2. narratur
1. loco
1. remotꝰ Tyberis.
2. proximꝰ subilice.
2. fœtꝰ tricenariꝰ (ce.
3. color albus.
3. clauditur, ibi erit 1. urbs. 2. requies.

2. Posterioris
1. Protasis: noli timere famem.
2. Ratio 1. à Fatorum providentia. 2. ab Apollinis præsentia.

2. Consilium
1 fugiendorum.
2. faciendorum.
vide seqq.

Et [e] Sallentinos obsedit milite campos
[f] Lyctius Idomeneus: hic illa ducis [g] Melibœi
Parva Philoctetæ [h] subnixa Petilia muro.
Quin ubi transmissæ steterint [i] trans æquora classes,
Et positis aris jam vota in littore [k] solves:
Purpureo [l] velare comas [m] adopertus amictu:
[n] Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
[o] Hostilis facies occurrat, & [p] omina turbet.
Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hác [q] casti maneant in religione nepotes.
Ast, ubi [r] digressum Siculæ te admoverit oræ
Ventus, & [s] angusti rarescent claustra Pelori:
Læva tibi tellus, & longo læva petantur
Æquora circuitu: [t] dextrum fuge littus & undas.
[u] Hæc loca, vi quondam & vastâ convulsa [x] ruinâ
(Tantũ ævi longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt. Quum [y] protinus utraq; tellus
Una foret, venit [z] medio vi pontus, & [a] unais
Hesperium [b] Siculo latus abscidit: arvaq; & urbes
Littore diductas angusto [c] interluit æstu. (dis
Dextrũ [d] Scylla latus, lævũ implacata Charyb-
Obsidet: atq; imo barathri ter gurgite vastos
[b] Sorbet in abruptum fluctûs, rursusq; sub auras
Erigit alternos, [i] & sidera verberat undâ.
At Scyllam cæcis [k] cohibet spelunca latebris,
Ora exsertantem, & navis in saxa trahentem.
[l] Prima, homines facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: [m] postrema, immani corpore [n] Pristis:
Delphinum caudas utero [o] commissa luporum.
Præstat Trinacriæ [p] metas [q] lustrare [r] Pachyni
[s] Cessantem, longos & circum flectere cursûs,
Quàm semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis [t] canibus resonãtia saxa. Præ-

[e] Sallentinum Italiæ promont. [f] Dax Cretæ pulsus, ut supra, à Lyctio Cretæ oppido. [g] Ab urbe Melibœa Thessaliæ, vel ut alii Magnesiæ. [h] Lucanorum metropolis. [i] In littore Calabro. [k] Ut hostium oppida & occursus omni studio evitentur. [l] Imperativus pass.
[m] Obnupto capite sacris operare; omnibus diis operto capite Sacra fiebãt, excepto Saturno. [n] Causa præcepti, ne quid profani sacrificii interveniat. [o] Hostes ad interveniisse quidem scribunt, alii Ulyssem, à quo tamen non esset cognitus Æneas, alii Diomedem Oraculo monitum Æneæ reddidisse Palladium. [p] Sacrificii ordinem rumpat. [q] Casta, Hypall. [r] E littore Italico, ubi magna Græcia. [s] Hypall. angusta claustra promont. [t] Italicum. [u] Digressio in descriptionem Siciliæ. [x] Terræ motu.
[y] Continuò, cum Italia & Sicilia essent conjuncta Isthmo. [z] In medium.
[a] Hinc Tyrrheno, inde Ionio mari.
[b] Hypall. potiùs enim ab Hesperio Siculum abscidit. [c] Interlabitur. Nam fretum illud assidua commotione, & cursu reciproco fervet & exundat. [d] De Ionio venientibus. Scylla enim in Italia est, Charybdis in Sicilia. [e] Metaph. à re militari. [f] Metaph. aptissima, à profunditate immensa & præcipiti, in quã Athenis conijciebantur rei. [g] Non numerum, sed vehementiam fluctuum notat. [h] Metaph. ab animali.
[i] Hyperbole. [k] Hypall. in sensu: nam ipsa se tenet intra speluncam. [l] Prima corporis partes τὰ πρῶτα. Græcismus.
[m] λὰτεσχαλα.
[n] Belluam marina. [o] Habens commissam utero caudam luporum & delphinum. [p] Oram & fines.
[q] Circum navigare, cum non modico itinere dispendio. [r] Promont.
[s] Immorantem. [t] Scyllam modò Delphinis, quà caudam, modo lupis, quà uterum, modò rabidis assimilat canibus, ob sonitum fluctuum saxis illisorum, dixit monstrum.

Fugienda sunt

- 1. Loca hostilia, *ubi not.*
  - 1. Propositio: Calabria est tibi fugienda, per Periphrasin
    - 1. terra vel ora Itala.
    - 2. Epiro vicina, vel è regiõe oppo- sita.
  - 2. Ratio, ab incolis Græcis, Trojanorum hostibus.
  - 3. Approbatio hic sunt
    - 1. Naritii Locri.
    - 2. Sallentini, quibus dominatur Idomeneus.
    - 3. Petilia urbs ducis Philoctetæ.
  - 4. Expolitio, in littore Italo cautè agendum
    - 1. ab occasione 1. classis transmissæ, 2. solvendi voti.
    - 2. à forma, capite obnupto.
    - 3. à fine, ne 1. hostis conspiciatur, 2. sacra turbẽtur.
    - 4. ab adjuncto præcepto religionis continuandæ,
      - 1. à sociis. 2. ab Æneâ.
      - 3. à posteris.
- 2. Siculi maris Pericula, *ubi*
  - 1. Exordium captat attentionem à duplici nota,
    - 1. si appropinquaveris Siciliæ.
    - 2. si ostenderit se Pelorus.
  - 2. Propositio jubet terræ mariq; 1. lævam petere 2. dextram fugere.
  - 3. Narratio Siciliæ in insulam redactæ,
    - 1. ab efficiente
      - 1. terræ motu.
      - 2. temporis tractu, per Epiphonema.
    - 2. à materia, terra Italiæ contigua.
    - 3. à forma, interventu maris.
    - 4. ab effecto,
      - 1. avulsione ab Italia.
      - 2. freto inter utramq;
  - 4. Confirmatio, á
    - 1. Charybdi vorticosa
      - 1. à situ sinistro vel lævo.
      - 2. ab effectu, fluctuum
        - 1. absorptione ad imum.
        - 2. erectione ad summum.
    - 2. Scylla scopulosa descripta
      - 1. ex toto,
        - 1. à forma, quòd lateat in spelunca.
        - 2. ab effecto,
          - 1. os exertet.
          - 2. naves in saxa trahat.
      - 2. ex partibus
        - 1. vultus hominis. 2. pectus virginis.
        - 3. venter Pistricis. 4. cauda delphinũ & luporum.
  - 5. Conclusio, constat
    - 1. Protasi, præstat circumnavigare, per expolit.
    - 2. Ratione à tuto
      - 1. ob terribilem scopuli faciem.
      - 2. ob sonitum latrantium canum.

Præterea, si qua est a *Heleno prudentia vatî,*
Si qua fides, animum b *si veris implet Apollo:*
Unum illud tibi, *nate deâ*[c] præq; omnibus unum
Prædicã, & repetens [d] iterumq; iterũq; monebo.
Iunonis magnæ primùm [e] *prece numen adora:*
[f] *Iunoni cane* [g] *vota libens,* [h] *dominamq; potentem*
Supplicibus [i] *supera donis: sic deniq;* [k] *victor*
Trinacriâ [l] *fines Italos mittêre relictâ.*
Huc ubi delatus [m] *Cumæam accesseris urbem,*
[n] *Divinosq; lacûs, &* [o] *Averna sonantia silvis,*
[q] *Insanam vatem aspicies, quæ* [q] *rupe sub imâ*
Fata canit, foliisq; [r] *notas & nomina mandat.*
Quæcunq; in [s] *foliis descripsit carmina virgo,*
Digerit in numerum: atq; antro seclusa relinquit:
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem [u] *verso tenuis quum cardine ventus*
Impulit, & teneras turbavit [x] *janua frondes:*
Nunquam deinde cavo volitantia prendere [y] *saxo,*
Nec [z] *revocare situs, aut jungere carmina curat.*
[a] *Inconsulti abeunt, sedemq; odêre Sibyllæ.*
Hic tibi ne qua moræ fuerint [b] dispendia tanti,
(*Quamvis increpitent socii, & vi cursus in altum*
Vela vocet, possisq; [c] *sinûs implere secundos*)
Quin adeas vatem, precibusq; oracula poscas
Ipsa [d] *canat, vocemq; volens atq;* [e] *ora resolvat.*
Illa tibi Italiæ populos, venturaq; bella,
Et quo quenq; modo [f] *fugias feras q; laborem,*
Expediet, cursûsq; dabit [g] *venerata secundos.*
[b] Hæc sunt, quæ nostrâ liceat te voce moneri.
Vade age, [i] *& ingentẽ factis fer ad æthera Trojã.* Quæ

a) Enall. personæ tertiæ pro prima. b) Anaph. Si prudentia, ut homini; si fides, ut vati. c) Vel pro omnibus, pro commodo omnium desiderantium, instar omniũ. d) Semel pro semper & sæpius. Anaph & Polysynd. Attentio à rei magnitudine. e) Adorare precibus, votis, thure, dicitur; adorantium Deos mos fuit, eminus stando manus porrigere, eamque statim reverenter ad os suum referre, & suaviari, Unde Latinis formatũ verbum adorandi, quasi manu ad ora admovere. f) Anaph vel Polyptot. g) Tribus maximè coluntur Dii precibus, votis, donis; vota cani jubet, quia hymnis Juno delectatur. h) Reginam Deorum. i) Sacrificiis expugnatam cõcilia, hostiis & persolvendis votis animum ejus devinctũ tibi & benevolum redde. k) Voti compos. l) In fines, Ellipsis. m) Cumas. In intimo Puteolani sinus recessu, ubi Italia angustissima est. n) Consecratos. Lucrinum scil. & Avernum. o) Avernus, Averna plural. Lacus Campaniæ, per quẽ ad inferos introitus patere credebatur, cujus sylvis dejectis Julius Cæsar locum fecit illubriorem. p) Fatidicam, divino numine & furore afflatam. q) In subterraneo loco. r) Quarum singulæ literæ aliquid significabant. quæ notæ & furtivæ dicuntur. s) Scribãtur oracula in foliis olivæ aut palmarum, carmine Heroico. t) Ordine ante ostiũ speluncæ disponit.

a) Aperta janua. s) Ventus per januam immissus, Metaph. y) Rupe, antro. z) Redigere in ordinem, digerere in numerũ, ritè disponere. a) Sine consilio, nõ accepto Oraculi responso. b) Ea temporis pars, quæ Deo mutuò datur non amittitur, sed magna cum accessione, largoq; fœnore redditur Basil. Opponitur huic dictioni Compendium. c) Carbasa vẽto secundo implere; nam medium veli ventorũ flatu curvati, sinũ vocat. d) Nõ inscribat foliis, quæ vẽto abripi possint. e) Loquatur ipsa. f) Declines pericula. Polysyn. g) Passivè. h) Formula Oratoria: Hæc habui, quæ dicerem. i) *Trojanos celeberrimos tuis adhuc factis in Italia celebriores redde: jã enim Troja est in vobis.*

Facienda Æneæ Italiam vel

- 1. ingreſſo, ubi
  - 1. Exordium captat
    - 1. Benevolentiã, à perſonæ ſuæ,
      - 1. prudentia. 2. veritate. 3. ſpiritu vatidico.
    - 2. Attentionẽ, à rei magnitudine per gradus,
      - 1. prædicam unum.
      - 2. unum præ omnibus repetam.
      - 3. iterumq; iterumq; monebo.
  - 2. Propoſitio jubet colere Iunonem
    - 1. precibus. 2. votis. 3. donis.
  - 3. Confirmatio, ab utili
    - 1. evades victor. 2. venies in Italiam.
  - 1. Exordium captat attentionẽ, à ſubjecto loco, ubi pervenerus
    - 1. in urbem Cumas.
    - 2. ad lacum
      - 1. Lucrinum.
      - 2. Avernum.
  - 2. Narratio inveniẽdæ Sibyllæ
    - 1. ab afflatu vaticinandi inſanæ.
    - 2. à ſubjecto loco, ſub rupe vaticinantis.
    - 3. à forma, mandantis notas & nomina foliis.
    - 4. ab adjunctâ vaticinium
      - 1. certitudine,
        - 1. à cauſis, quæ ſunt
          - 1. deſcriptio in foliis.
          - 2. digeſtio in numerũ.
          - 3. ſecluſio in antro.
        - 2. ab effectus,
          - 1. manent immota.
          - 2. non cedunt ordine.
      - 2. incertitudine,
        - 1. à cauſis, quæ ſunt
          - 1. impulſio venti.
          - 2. apertio januæ.
          - 3. neglectio vatis nolentis
            - 1. prendere.
            - 2. jungere.
            - 3. revocare.
        - 2. ab effectis: abeunt inconſulti & irati.
  - 3. Propoſitio jubet
    - 1. commorari, ubi
      - 1. propoſitio: noli curare damnum moræ.
      - 2. occupatio, licèt
        - 1. ſocii increpitent. 2. curſus vocent.
        - 3. venti invitent.
    - 2. compellare vatẽ
      - 1. à materia, ut poſcat oracula.
      - 2. à forma, ut ipſa canat, nec foliis inſcribat.
  - 4. Cõfirmatio ab utili, quia illa tibi
    - 1. ediſſeret Italorum mores. 2. oſtendet bella futura.
    - 3. expediet viam declinandi & tolerandi pericula.
    - 4. commonſtrabit rationem navigandi in Italiam.
  - 5. Clauſula
    - 1. excuſat occupatione, cur non plura dicat, quòd non liceat.
    - 2. hortatur ad Trojam virtute inſtaurandam.

Quæ postquam vatis sic ore[a] *effatus amico est,*
Dona dehinc auro[b] *gravia*[c] *sectoq; elephanto*
Imperat ad naves ferri:[d] *stipatq; carinis*
Ingens argentum,[e] *Dodonæosq; lebetas:*
Loricam consertam hamis:[f] *auroq; trilicem,*
Et galeam insignis galeæ, cristasq;[h] *comantes,*
Arma Neoptolemi: Sunt &[i] *sua dona parenti.*
Addit equos,[k] *additq;*[l] *duces.*
Remigium supplet:[m] *socios simul instruit armis.*
Interea[o] *classem velis aptare jubebat*
Anchises, fieret vento mora ne qua[p] *ferenti.*
Quem[q] *Phœbi interpres multo compellat honore:*
Conjugio Anchisa Veneris[r] *dignate superbo,*
Cura deûm,[t] *bis Pergameis erepte ruinis,*
Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc[x] *arripe velis.*
Et[y] *tamen hanc pelago præterlabare necesse est:*
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade (*ait*) ô felix nati pietate. *Quid ultrà*
Provehor,[b] *& fando*[c] *surgentes deroror austros?*
Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert[d] *picturatas auri*[e] *subtemine vestes,*
Et[f] *Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori:*
Textilibusq; onerat donis:[h] *ac talia fatur:*
Accipe[i] *& hæc, manuum tibi quæ monumenta mearũ*
Sint, puer, & longum[k] *Andromaches testentur amorẽ,*
Conjugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei[l] *super Astyanactis imago!*
Sic oculos,[m] sic ille manûs, sic ora ferebat:
Et nunc[n] *æquali tecum pubesceret ævo.* Hos

a) Signatè verbo usus est religioso. Nam loca sacra ab auguribus effata dicebantur, & ipsa Oraculi responsa. b) Ultima producitur vel vi cæsuræ, vel per Ectasin. c) Polito ebore. d) Densat. Unde stipatores, qui navibus aliquid componunt. e) Ex ære Dodonæo; vide *A*dag. æs Dodonæum. f) Habentẽ tria diversa aurea licia. g) Synecd partis. Est n. conus curvatura in apice galeæ, cui crista super imponitur. h) Cometæ. Enall. i) Congrua meritis & apta ætati Anchisæ. k) Anaph. l) Agasones, equisones, duces itineris. m) Remos, vel remigum turbam. n) Nullum ergo indonatũ dimisit. o) Transitio ad consilium de apparanda classe. p) Flanti, secundo; Græci Φορὸν ἄνεμον dicunt. q) Periphrasis Heleni. r) Translatio, quâ stuprum honestiore vocabulo coujugii velat. s) Passivè, ἠξιωμένε, qui dignus es habitus. t) Amor Deorum, qui Diis es carus & curæ. u) Sub Laomedonte & Priamo. x) Pete Italiam navigatione. y) Anacoluthon, q.d quamvis hæc Italiæ pars vicina sit, tamen eam necesse est relinquere. z) Anaph a) Ornamentum totius laudis servavit ad finem. b) Prosequor sermonem. c) Metaph. spirare incipientes. d) Quibus intertextæ variæ rerum & animantiũ picturæ erant. e) Aureo filo, quod subit stamini, unde quasi substemen dictum. Subtegmen enim filum est sub stamine, stamen verò in tela filum firmum est: at subtegmen ultro citroque transmittitur. f) Acu pictam, quod Phrygum inventum. g) Munera dat nõ inferiora meritis & dignitate *A*scanii; & si non superat saltem æquat. h) Ex decoro, qualia fœminam decebant. i) Præter priora, habe & hæc tibi manibus meis confecta. k) Enallage personæ, pro Meum. l) Superstes, superes. m) Anaph. divina sunt illa, inquit Scal. n) Mirum hoc est, ut augeat affectum memoriæ, ex repræsentatione rei, quæ non est, nec esset, idem Scal.

- Eventus Buthroti constat
  - 1. Xenio oblato vel ab
    - 1. Hospite Heleno,
      - 1. ab adjuncto tempore, reddito Oraculo.
      - 2. à subjecto loco, imperat ferri ad naves, iisq; inferri.
      - 3. à distributione subjectorum, quibus data:
        - 1. Æneæ, cui jus dont
          - 1. à materia, vel
            - 1 aurea. 2. eburnea.
            - 3. argentea. 4 area.
          - 2. formæ, 1. loricæ. 2 galea. 3. ristæ.
          - 3 à subjecto veteri possessore, arma Pyrrhi.
        - 2. Anchisæ dona non nominata sed ætate ejus digna.
        - 3. Sociis,
          - 1 ejus.
          - 2. equites, seu conductores itinerum.
          - 3 remiges. 4. arma.
      - 4. ab adjuncta compellatione Anchisæ,
        - 1. ab occasione Anchisæ imperantis
          - 1. ut paretur classis.
          - 2. ne fiat mora vento.
        - 2. ab adjuncto modo honorifico.
        - 3. à forma, cujus
          - 1. Exordium captat benevolentiam à divino
            - 1. conjugio.
            - 2. patrocinio.
          - 2. Propositio hortatur ad capessendam Italiam.
          - 3. Cõfirmatio per occupationẽ à
            - 1 præternavigãdi necessitate.
            - 2. loci longinquitate.
          - 4. Clausula per
            - 1. exclamationem felicitatis.
            - 2. correctionem detentionis.
    - 2. Hospita Andromacha,
      - 1. ab adjuncto affectu, mœsta.
      - 2. à materia, 1 vestes picturatæ. 2. chlamys Phrygia.
      - 3. à subjecto, cui? Astyanacto tanto honore digno.
      - 4. à forma, dona textilia.
      - 5. ab adjuncto affatu, quo commendat
        - 1. dona
          - 1. à fine,
            - 1. manuum monumenta.
            - 2. amoris testimonia.
          - 2. ab adjuncto, extrema.
          - 3. ab efficiente, ab agnatis profecta.
        - 2. personã comparatione Epiphonematica, cujus
          - 1. protasis : tu es imago mei Astyanactis.
          - 2. ratio
            - 1. ab habitu oculorum, manuũ, oris.
            - 2. ab ætate.
  - 2. Voto Æneæ, vid. seq.

Hos ego digrediens [a] *lacrymis affabar obortis:*
[b] Vivite felices, quibus est fortuna peracta
Jam [c] sua: nos [d] alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor [e] arandum:
Arva neq; Ausoniæ semper [f] *cedentia retrò*
Quærenda. Effigiem Xanthi, Trojamq; videtis,
Quam vestræ, fecêre manus: [h] melioribus, opto,
Auspiciis, *& quæ fuerit* [i] *minùs obvia Grais.*
Si quando [k] *Tybrim, vicinaq; Tybridis arva*
Intraro, gentiq; meæ [l] *data mœnia cernam:*
[m] *Cognatasq; urbes olim,* [n] *populosq; propinquos*
Epiro, [o] *Hesperiâ quibus idem Dardanus autor,*
Atq; idem casus [p] *unam faciemus utramq;*
Trojam animus. [q] Maneat nostros ea cura nepotes.
Provehimur pelago vicina [r] *Ceraunia juxta:*
Unde iter Italiam, cursusq; [t] *brevissimus undis.*
Sol [t] *ruit interea, &* [u] *montes umbrantur opaci.*
Sternimur optatæ [x] *gremio telluris, ad undam,*
Sortiti [y] *remos.* [z] *Passimq; in littore sicco*
Corpora [a] *curamus: fessos* [b] *sopor irrigat artûs.*
Necdum [c] *orbem medium nox horis acta subibat:*
[d] *Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes*
[e] *Explorat ventos, atq; auribus aera captat.*
Sidera cuncta notat [f] *tacito labentia cælo:*
Arcturum, [g] *pluviasq; Hyadas,* [h] *geminos q; Triones,*
[k] *Armatumq; auro circumspicit* [l] *Oriona.*
Postquam cuncta videt cælo [m] *constare sereno,*
Dat clarum è puppi [n] *signum: nos* [o] *castra movemus,*
[p] *Tentamusq; viam, &* [q] *velorum pandimus alas.* Iam-

a) Et quomodo sine lachrymis fieri potuisset illa conjunctissimorum disjunctio? b) Valedictio emphatica, per Antithesin Epiroticæ felicitatis, Trojanæ calamitatis. c) Dura, adversa. d) Aliud ex alio malum. Alio relinquente fluctu, alius excipit. Calamitas calamitari succedit, malis mala. Tradebat Notus hunc Boreæ quandóque vehendum; Nunc rursum Zephyro tractandum tradidit Eurus. Vide huj' generis Adagia in Erasmo. e) Metaph. f) Ut l. 5. Italiã sequimur fugientem. Et l. 6. Italiæ fugientis prendimus oras. g) Fictitiam. h) Successibns. i) Minus obnoxia injuriæ Græcorum k) Fluvium Italiæ Romam inter fluentem; per Syncopen Tybris pro Tyberis. l) Fatis concessa, destinata. m) Fuisse Romanis amicitiam & cognationẽ cum Molossis Epiroticis, scribit Dionys. Halicarnass. n) Qui mari Hadriatico seu Jonio tantùm dirimuntur. o) Hesperiâ Dardan', Græco more, Dardanus ἑσπερόθεν. Nam & Æneas & Helenus originem à Dardano trahunt, idéque casus utrumque excipit. p) Hanc in Epiro vestram & in Italia nostram jungamus fœdere & affectione. q) Quod nostrarum non est virium, præstent posteri. Et factum est, ut Buthrotii Colonia deducta cives Romani fierent. r) Acroceraunia Promont Epiri, è regione Italiæ, à fulmine, quo crebrò feriuntur, dicta. t) Adeò ut medio noctis spatio transfretavevit. t) Occidit. Metaph Vesperascit u) Sublato è nostro Hemisphærio Sole obscurantur. u) Metaph. ab homine ad littus. y) Officia remigandi. z) Prout quisque voluit. a) Cibo & potu reficimus, ut ad laborem postea alacriores essemus. b) Naturalis somni causa. c) Nondũ media nox erat confecta. d) Summa Gubernatoris vigilantia. e) Observat ventos & sidera. f) Sereno. g) Stellâm 1. magn. inter crura Bootæ. h) Septem in fronte Tauri. i) Ursam majorem & minorem. k) Sidus 32. stellis conspicuum, en se stellato fulgens. l) Spondaicus. m) Constanter respondere. n) Vel facula, vel tuba, vel utraque, ut visus & auditus afficeretur simul. o) Classem. p) Navigamus. q) Hyster. Prot.

TAB XX.

Votum seu valedictio Æneæ constat

- 1. Adjuncto gestu illachrymationis.
- 2. Forma, cujus
  - 1. Exordium jubet valere Eirotas.
  - 2. Propositio per comparationem,
    - 1. prædicat Epirotarum felicitatem.
    - 2 deplorat Æneadum infelicitatem.
  - 3. Expolitio per
    - 1. antecedentem conditionem, si
      - 1. venero in Latium.
      - 2. videro urbem nobis datam.
    - 2. consequentē promissionē fœderis
      - 1. à materia
        - 1. propinquus urbibus.
        - 2. populus cognatis.
      - 2. ab impulsiva eodem 1. genere. 2. casu.
      - 3. à forma, animis faciemus unam Trojam.
  - 4. Ratio, à
    - 1. tranquillitate
      - 1. indefinita: vobis parta quies.
      - 2. definita, non est vobis
        - 1. navigandum.
        - 2. Italia quærenda.
    - 2. fixa civitate
      - 1. ab adjuncto fluvio.
      - 2. à nomine & similitudine Trojæ.
      - 3. ab efficiente.
      - 4. à voto securitatis, cujus
        - 1. efficiens, meliora auspicia.
        - 2. objectum, hostes minus obvii.
  - 5. Clausula posteris utrisq; curam commendat eandem.
- 3. Eventu, qui est cursus
  - 1. inchoatus,
    - 1. à subjectis locis, quæ prater navigabat, Acroceraunia.
    - 2. ab adjuncta Italiæ vicinia.
  - 2. interrupto egressione
    - 1. ab impulsiva, solis occasu, ingruentibus tenebris.
    - 2. à fine, ut prostrati in littore quiescerent.
    - 3. ab effecto, qui est
      - 1. remigii dispositio. 2. corporū refectio.
      - 3. soporis irrigatio.
  - 3. continuatus,
    - 1. ab adjuncto tempore, nocte media.
    - 2. à causa, Palinuro
      - 1. vigilante.
      - 2. observante
        - 1. sidera
          - 1. in genere.
          - 2. in specie
            - 1. Arcturū. 2. Hyadas.
            - 3. Triones. 4. Orionē.
        - 1. ventos.
      - 3. significāte 1. serenitatem. 2. faculâ, vel tubâ.
    - 3. ab actu
      - 1. movendo castra. 2. tentando viam.
      - 3. pandendo vela.

a) Matutini temporis descriptione majus quippiam adducit.
b) Nondum solis radiis adumbratos, vel propterinter capedinē & lōginquitatem. c) Aqua enim e terra altior est, quod patet ex intervalli superficie sphærica.
d) Climax. e) Anaph. desiderium fatalis terræ indicans. f) Florea corolla, vel serto; vel, si placet, ad marginem usque, & summum usque labrum implevit.
g) Enall. fig. pro invocavit.
h) Maris, quod navigo; terræ, ad quam contendo: tempestatum, quæ viam expediant. i) Ad eundem modum Scipio classem è Sicilia solvens precatus scribitur.
k) In Japygiæ promont. Sallent.
l) Portus Sallentini descriptio.
m) Impetu maris in arcum curvat introrsum. n) Fluctus illisi saxa utrinque objecta conspergunt spuma maris salsi. o) Metaph. Ingentes scopuli dextra lævaque in cœlum extolluntur, ut duo muri, aut brachia videantur, quibus interior portus adversus maris & cœli injurias defenditur.
p) Turris instar in cœlum ex naturali saxo erecti. q) In dorso promontorii depressum, quod accedentibus refugere videtur.
r) Superstitiosa antiquitas omnia obvia in omen rapiebat.
s) Summa herbarum & graminum depascentes per campum, & quasi palantes. t) Belli præsagium interpretatur equorum conspectū, ut lib. 1. de Carthagine, in cujus fundamentis reperiebatur caput equi. u) Anaph. x) Epanorthosis. Quoniam verò quatuor, iiq; candidi, curruiq; succedere, & frena ferre suet; in pacis omē cōvertit.
y) Bellorū & armorū præsidis. z) Lætabundos, ab ovandi more, quē passim tegere licet in Hist. Rom.

[a] *Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:*
Quum procul [b] *obscuros colles,* [c] *humilemq; videmus*
Italiam. [d] *Italiam primus conclamat Achates,*
Italiam læto socii clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera [f] *coronâ*
Induit, implevitq; mero: divosq; [g] *vocavit,*
Stans celsa in puppi.
Dii, [h] maris & terræ tempestatumq; potentes,
Ferte viam vento facilem, & [i] spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ: portusq; patescit
Iam propior, [n] *templumq; apparet in arce Minervæ.*
Vela legunt socii, & proras ad littora torquent.
[l] *Portus ab Eoo fluctu* [m] *curvatur in arcum,*
Objectæ [u] *salsâ spumant aspergine cautes.*
Ipse latet, gemino [o] *demittunt brachia muro*
[p] *Turriti scopuli:* [q] *refugitq; à littore templum.*
Quattuor hîc (primum [r] *omen) equos in gramine vidi*
[s] *Tondentes campum latè, candore nivali.*
Et pater Anchises: Bellum [t] *ô terra hospita portas.*
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen [x] *iidem olim curru succedere sueti*
Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre.
Spes est pacis, *ait. Tum numina sancta precamur*
Palladis [y] *armisonæ, quæ prima accepit:* [z] *ovantes:*
Et [c] *capita ante aras Phrygio velamur* [a] *amictu:*
Præceptisq; Heleni, dederat quæ [b] *maxima, ritè*
Iunoni [c] *Argivæ jussos* [d] *adolemus honores.*
Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
[e] *Cornua velatarum obvertimus antennarum:*
Grajugenûmq; domos, suspectaq; linquimus arva.

a) Tutulo, quod pallium erat, quo sacerdotes ad sacra accessuri caput tegebant. b) μαλιστα, adverbialiter. Pro maximè. c) Gratis propensa, Trojanis infensæ. d) Sacrificamus, & quasi odorem gratum præbemus. e) Metaph. ab animato ad inanimat. f) Regressuri ex Italia, & petituri alterum latus. g) Ab Heleno moniti, ut partem illam Italiæ, quæ à Græcis colonis Magnæ Græciæ nomen sortita erat, vitaremus.

In Calabria ominosa notandus venit

- 1. Aspectus Italiæ,
  - 1. ab adjuncto tempore, per Chronographiam Auroræ.
  - 2. ab objecto, quod sunt 1. Colles obscuri. 2. Italia humilis.
  - 3. ab effecto
    - 1. Achatis conclamantis. 2. Sociorum salutantium.
    - 3. Anchisæ
      - 1. litatione,
        - 1. à materia
          - 1. continente, cratere coronato
          - 2. contenta, mero.
        - 2. à forma, vocando Deos in puppi.
      - 2. precatione,
        - 1. ab objecto, Diis maris & terræ.
        - 2. à fine, felici cursu.
- 2. Appulsus
  - 1. ab impellente signo, videl.
    - 1. vento optato spirante. 2. portu patescente.
    - 2. templo Minervæ apparente.
  - 2. ab adjuvante sociorum studio, in
    - 1. legendis velis
    - 2. proris ad littora torquendis.
  - 3. à subjacente portu, per Topographiam,
    - 1. à situ, fronte spectabat ortum.
    - 2. à forma, introrsum curvatus in arcum.
    - 3. à materia, utrinq; cautes aspersæ spuma. (chiis.
    - 4. ab adjuncta tranquillitate scopulis munita tanquã bra-
    - 5. à templo in dorso promontorii è conspectu fugiente, præ altitudine scopulorum.
- 3. Actus, vel
  - 1. ominosus, cujus
    - 1. objectum, visi equi,
      - 1. à numero quaternario.
      - 2. à pastu in gramine & campo.
      - 3. à colore albo. (portenditur.
    - 2. effectum est interpretatio Anchisæ
      - 1. adversa, cujus
        - 1. Propositio per Epiphonema: bellum
        - 2. Ratio ab usu equorum.
        - 3. Complexio repetit propositionem.
      - 2. prospera, cujus
        - 1. antecedens ratio, à
          - 1. curru trahendo.
          - 2. frænis ferendis.
        - 2. consequens illatio: Spes est Pacis.
  - 2. religiosus oblatus
    - 1. Palladi, quæ describitur
      - 1. ab officio.
      - 2. à beneficio.
    - 2. Iunoni, à
      - 1. Phrygio amictu capitis.
      - 2. Heleni jussu.
      - 3. debito sacrificii ritu.
- 4. Abitus,
  - 1. ab adjuncta celeritate.
  - 2. ab apparatu obvertendi antennas.
  - 3. à termino à quo, locus hostilibus.

Hinc ſinus [a] *Herculei* ([b] *ſi vera eſt fama*) *Tarenti*
Cernitur: attollit ſe diva [c] *Lacinia contrà.*
[d] *Caulonisq́; arces, &* [e] *naviſragum* [f] *Scylacæum.*
Tum procul è fluctu [g] *Trinacria cernitur* [h] *Ætna:*
Et [i] *gemitum ingentem pelagi,* [k] *pulſataq́; ſaxa*
Audimus longè, [l] *fractasq́; ad littora voces:*
[m] *Exſultantq́; vada, atq́; æſtu miſcentur arenæ.*
Et pater Anchiſes: [n] *Nimirum hæc illa Charybdis:*
Hos Heleni ſcopulos, [o] *hæc ſaxa horrẽda canebat.*
[p] *Eripite ô ſocii, pariterq́; inſurgite remis.*
Haud minûs ac juſſi faciunt: primusq́; [q] *rudentem*
Contorſit [r] *lævas proram Palinurus ad undas:*
[ſ] *Lævam cuncta cohors* [t] *remis ventisq́; petivit.*
[u] Tollimur in cælum curvato gurgite, &[x] iidem
Subductâ ad [y] manes imos deſcendimus undâ.
[z] *Ter ſcopuli* [a] *clamorem inter cava ſaxa dedêre,*
Ter ſpumam eliſam & [b] *rorantia vidimus aſtra.*
Interea [c] *feſſos ventus cum* [d] *Sole reliquit:*
Ignariq́; viæ, [e] *Cyclopum allabimur oris.*

Por-

a) Tarentum etiam dictum fuiſſe Heracleam Ariſtoteles author eſt; an quod Hercules Tarentinos bello ſubegit? an quod Tara Herculis in omnibus ferè expeditionibus comes Tarentum cõdidit?

b) Conſultò judicium ſuum non interponit, quod & alibi in incertis ſolet, ut famam faciat authorem. c) Junonis Laciniæ templũ, ab oppido vel promontorio Lacinio ſic dictæ. d) Caulon oppidum primæ regionis Italiæ, ubi incipit Magna Græcia.

e) Navifragus propriè locus eſt, naufragium adferens; navigium verò ipſum naufragum.

f) Promontorium in Brutiis; oppidum etiam in ora Calabriæ poſt Cauloniam. g) Adjectivè, pro Sicula, à tribus promontoriis Græca origine dicta. h) Siciliæ montium eminentiſſimus.

i) Nimirum hæc Scylla eſt. Gemitũ metaphoricè monſtroſo Scyllæ ſcopulo tribuit, quòd ſin hujus ventre canes, lupos, vitulos marinos habitare, & horrendum ſonare fabulentur Poëtæ. k) Cauſa gemitus ſunt ſaxa pulſata.

l) Cum fragore venientes. Franguntur voces ad littora, cum ceſſant, & redduntur perculſu fluctuum ad ſaxa. m) Exſultim tolluntur. Atque hi quidem numeri rem artificioſiſſimè repræſentant. n) Ni fallor. o) Interpretatio. p) ἐν δίσ. pro, Inſurgentes remis periculo vos eripite. q) Venuſta Metaphora proram fluctibus percuſſam rudere dicit; i. e. ſtridentem, dum ſecat fluctus. Rudere eſt propriè aſinorum. r) Nempe de Jonio venientibus. ſ) Polyptoton.

t) Omni conatu. Æquipollet illi: velis remisque. u) Hyperbolis venuſtis Charybdis violentiam, æſtumque terribilem fluctus viciſſim in immenſam altitudinem modò attollentem, modò rurſum in vaſtam profunditatem dehiſcentem exprimit. x) Synæreſis. y) Jam ad cœlum ſurſum jam ad inferos deorſum, terræque abyſſum, jactamur. z) Multo decoro hæc oculis Poëta ſubjecit, atque aurium noſtrarum quaſi Dominus factus eſt, Scal. l. 5. c. 3. a) Nam fluctus in concava exeſorum ſcopulorum ſaxa illiſi canum latratus imitantur. b) Aſpergine irrorata. Mirifica Hyperbole. c) Remigando. d) Cum occaſu Solis cecidit ventus.

e) Gigantum unoculorum, vel unum oculum in fronte habentium.

- Sicilia Periculosa describitur
  - 1. Appulsu, qui constat
    - 1. Antecedenti curriculo locorum, quæ præternavigando videbant, ut sunt
      - 1. Sinus Tarentinus.
      - 2. Templum Iunonis in promontorio Lacinio.
      - 3. Vrbs Caulon.
      - 4. Sinus Scylaceus.
    - 2. Adjuncto periculo,
      - 1. à signo
        - 1. remoto, visa Ætna.
        - 2 propinquo, vel
          - 1. Scyllæ, unde
            - 1. gemitus pelagi.
            - 2. saxa pulsata.
            - 3. fractæ voces.
          - 2. Charybdis, ubi
            - 1. vada.
            - 2. æstus,
            - 3. arenæ.
      - 2. à consilio Anchisæ, cujus
        - 1. Forma est
          - 1. monstratio periculi ab Heleno prædicti, de
            - 1. Charybdi.
            - 2. Scylla.
          - 2. exhortatio remigii.
        - 2. Effectum obsequium,
          - 1. in genere omnium.
          - 2. in specie
            - 1. naucleri.
            - 2. remigum.
      - 3. à modo
        - 1. Charybdis classem
          - 1. attollentis in immensam altitudinem.
          - 2. deprimentis in vastam profunditatem.
        - 2. Scyllæ
          - 1. ab audito ululatu.
          - 2. à visa fluctuum elisione, p Hyperbolen, in cælum.
    - 3. Consequenti diverticulo,
      - 1. ab impulsiva
        - 1. externa
          - 1. sociorum lassitudine.
          - 2. venti & diei remissioe.
        - 2. interna, ignorantia viæ.
      - 2. à subjecto, oris Cyclopum.
  - 2. Egressu.
  - 3 Actu.
  - 4. Discessu.

  } vid. seqq.

a) Artificiosissimi Poëtæ consiliũ, & judicium in re admirabili enarranda prudentissimum, quo aures, oculos, atque animum ubique implet, ausi sunt suggillare nonnulli Virgilio carpi.

b) De monte Siciliæ flammivomo, post Philosophos Historicos, Geographos, Poëtas, & in his Cornelii Severi Ætnam Virgilio adscriptam, vide Cluverii Siciliam.

c) Eructat, evomit,

d) Scintillis. Et bona Periphrasis est, nam favilla est deserta igne scintilla.

e) Elegans Metaphora. Linguæ enim vibrationi persimilis est flammæ motus. Est & Hyperbole.

f) Saxa è visceribus montis, tanquam ejus partes.

g) Definitio pumicis. Scal. Nam saxi intra crateras liquefacti, & æstu incẽdii ejecti humor superinfusus, in vertice lutum fit atrum.

h) Metaph. pro fragore, qui longè lateque auditur.

i) Significanter ignis violentiam, tum oculis, tum auribus, longo inde intervallo ostendit.

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse,[b] *sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.*
Interdumq; atram[c] *prorumpit ad æthera nubem,*
Turbine fumantem piceo, &[d] *candente favillâ:*
Attollitq; globos flammarum, & sidera[e] *lambit*
Interdum scopulos, avulsaq;[f] *viscera montis*
Erigit eructans[g] *liquefactaq; saxa sub auras*
Cum[h] *gemitu glomerat,*[i] *fundoq, exæstuat imo.*
Fama est,[k] *Enceladi*[l] *semustum fulmine corpus*
Urgeri mole hac, ingentemq; insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam exspirare[m] *caminis:*
Et, fessum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & *cœlum*[n] *subtexere fumo.*
Noctem illam tecti silvis immania[p] *monstra*
Perferimus, nec quæ[q] *sonitum det causa videmus.*
Nam neq; erant[r] *astrorum ignes, nec lucidus*[u] *æthrâ*
Sidereâ[x] *polus: obscuro sed*[y] *nubila cœlo,*
Et lunam in[z] *nimbo nox intempesta tenebat.*

Poste-

k) Filius hic fingitur Titanis & Terræ, qui cum aliis gigantibus cœlo bellum illaturus, à Jove fulminatus, atque Ætnæ subjectus est. Placet Poëtæ à vera causa, visceribus scil. sulphureis, à vento per cavernosam terram accensis, discedere ad fabulas.

l) Semiustus, quasi semianimis.

m) Fornacibus, Craterę.

n) Involvere, operire.

o) Occiduo Sole huc appulerunt, & noctem insequentem metu in sylvis latuerunt.

p) Monstrosos flammarum eructantium crepitus & fragores. Auxesis.

q) Et quidem auditu horribiliorem, propter altissimam quietem.

r) Metaph propinqua, pro intelligimus.

s) Vulgò existimant nullas esse stellas, quoties cœlestium corporum lumen per objectas nubes adimitur.

t) Stellas.

u) Syncope. Per ætheris splendorem à sideribus illatam.

x) Synecd. pro Cœlum.

y) Sc. erant, substantivè.

z) Nube circumvoluta in morem nimbi, qui Deorum & imperantium capita quasi clara nebula ambire fingitur.

Egressus in Siciliam describitur

- 1. à subjecto portu, & hic
  - 1. à tranquillitate
  - 2 à quantitate.
- 2. ab adjuncta vicinia Ætnæ, quæ describitur
  - 1. ab effecto,
    - 1 fragore horribili.
    - 2. incendio,
      - 1. antecedente fumo.
      - 2. succedente scintilla.
      - 3. insequente flamma.
    - 3. vomitu,
      - 1. à materia,
        - 1 scopuli avulsi.
        - 2 saxa liquefacta.
      - 2. à forma, cum vehementi crepitu circumrotat.
      - 3. ab adjuncti exæstuatione.
  - 2. à causa, Enceladi, cujus
    - 1. quies
      - 1. ab objecto corpore semiusto fulmine.
      - 2. à subjecto loco, sub monte sepultus.
      - 3. ab effecto, spiratione flammæ ruptis fornacibus.
    - 2. motus,
      - 1. à forma, lateris fessi motatione.
      - 2. ab effecto
        - 1. tremore Siciliæ.
        - 2. emissione fumi.
- 3. à consequente vernoctatione
  - 1. à subjecto tecti sylvis.
  - 2. ab objectis monstris visis & auditis.
  - 3. ab adjuncta causæ ignorantia, per
    - 1. Protasin, non intelligebant causam sonitus.
    - 2. Ætiologiam, ab obscuratione
      - 1. stellarum.
      - 2 cæli.
      - 3. Lunæ.

a) Hysteron Proteron. Aurora n. die prior, & Solis equum Eoum præcurrit. b) Noctem.

c) Quasi larva hominis, aut λυκάνθρωπος.

d) Habitu. e) Promissa, prolixa.

f) Illigatum, lappis & spinis densũ.

g) Synecd. quantum ad cætera attinet. Græco more: τὰ ἄλλα, vel τ' ἄλλα, pro καὶ τὰ ἄλλα.

h) Dudum, aut nuper admodum bello Trojano.

i) Decori observatio. Nam ad conspectum hostis quis non horresceret? licèt mortem isti suæ vitæ præferret.

k) Enallage figuræ, pro obtestor.

l) Aërem, cujus beneficio ex æquo spiramus & adspiramus.

m) Ellipsis In. n) Beneficii loco abundè, effugisse Cyclopas.

o) Confiteor. p) Unum è classiariis Græcorum. q) Quasi dicat: si recusaveritis me vobiscum hinc aliquò vehere, aut manendum hic omninò mihi sit; cognoscite, me arma in vos sumsisse: quare de me pœnas sumite pro vestro jure, ac præcipitem me date in mare, ut hominum manibus potiùs peream, quàm ut immanium belluarum dentibus discerpar.

r) Dilaceratum.

s) Diastole; Vis cæsuræ producit ultimam.

t) Nostra. u) Suis.

x) Dextra enim virtuti & fidei dedicata fuit, ut frons verecundiæ, aures judicio, os pudori, sagacitati nasus, genua misericordiæ, & aliæ partes corporis aliis rebus consecratæ fuerunt.

y) Nomen plurale loco Adverbii multùm.

z) Fide & dextra confirmat.

[a] *Postera jamque dies primo surgebat Eoo,*
[b] *Humentemq́; aurora polo dimoverat umbram:*
Quum subitò è sylvis, macie confecta suprema,
[c] *Ignoti nova forma viri, miserandaq́;* [d] *cultu*
Procedit, supplexq́; manûs ad littora tendit.
Respicimus: dira illuvies, [e] *immissa q́; barba,*
[f] *Consertum tegmen spinis: at* [g] *cætera Grajus,*
Et [h] *quondam patriis ad Trojam missus in armis.*
Isq́; ubi Dardanios habitûs & Troja vidit
Arma procul, paulùm aspectu [i] *conterritus hæsit,*
Continuitq́; gradum: mox sese ad littora præceps
Cum fletu precibusq́; tulit: Per sidera [k] *testor,*
Per superos, atq́; hoc cæli [l] *spirabile lumen:*
Tollite me Teucri, [m] *quascunq́; abducite terras.*
Hoc [n] *sat erit. Scio me Danais è* [p] *classibus unum,*
Et bello Iliacos fateor petiisse penates.
Pro quo, [q] *si sceleris tanta est injuria nostri,*
[r] *Spargite me in fluctûs, vastoq́; immergite ponto.*
Si pereo [s] *manibus hominum, periisse juvabit.*
Dixerat: & [t] *genua amplexo, genibusq́;* [u] *volutans*
Hærebat. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse pater [x] *dextrã Anchises, haud* [y] *multa moratus,*
Dat juveni, atq́; animũ præsenti pignore [z] *firmat.*
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:

Sum

TAB. XXIV.

- *Actus in Sicilia est Achæmenidis*
  - 1. Supplicatio *descripta*
    - 1. *ab adjuncto tempore, per Chronographiam posterâ diei.*
      - 1. *à causa, ortu Solis.*
      - 2. *ab effecto, fuga tenebrarum.*
    - 2. *ab antecedenti apparitione, per Prosopograph.*
      - 1. *à subjecto loco, è sylvis.*
      - 2. *ab adjuncta macie suprema.*
      - 3. *à forma incognita & miseranda.*
      - 4. *à gestu, supplicantis more manus tendentis.*
      - 5. *à vultu squalido*
        - 1. *in genere, dira illuvies.*
        - 2. *in specie, barba demissa.*
      - 6. *ab habitu indumenti spinis conserti.*
      - 7. *à natione Græca.*
      - 8. *à studio militari.*
    - 3. *ab adjuncta consternatione, cujus*
      - 1. *causa est conspectus Trojanorum*
        - 1. *habitus.*
        - 2. *armaturæ.*
      - 2. *effectus per Hypotyposin,*
        - 1. *hæsit conterritus.*
        - 2. *continuit gradum.*
        - 3. *mox properavit ad littus.*
        - 4. *cum fletu & precibus.*
    - 4. *à forma, cujus*
      - 1. *Exordium, ab obtestatione per* 1. *Sidera.* 2. *Deos.* 3. *Solem.*
      - 2. *Propositio: tollite, abducite me hinc.*
      - 3. *Ratio, satis erit mihi vita esse Cyclopas, & esse cum hominibus.*
      - 4. *Occupatio constat*
        - 1. *Hypophora, per confessionis incrementum,*
          - 1. *sum Græcus.*
          - 2. *petii vos bello.*
          - 3. *fui injurius in vos.*
        - 2. *Anthypoph. cujus*
          - 1. *Propositio: si merui, submergite me.*
          - 2. *Ratio, à jucundo, malo perire homi- (num manibus.*
    - 5. *ab adjuncto gestu*
      - 1. *genua amplexus Trojanorum.*
      - 2. *genibus incumbens suis.*
    - 6. *ab effectu, benevolentia,*
      - 1. *Trojanorum quærentium de ejus*
        - 1. *persona.* 2. *familia.*
        - 3. *fortuna.*
      - 2. *Anchisæ erigenti*
        - 1. *à signo, porrecta dextra.*
        - 2. *à signato, confirmatione animi.*
        - 3. *ab effecto, deposita formidine.*
  - 2. Narratio, *vid. seq.*

a) Liberè de se suisque hostilia narrando, maximè fidem auditorum sibi conciliat. b) Vobis inviſi, nec minus suis, quantum ad se ipsum d miserimi, diutino errore jactati. c) Quidam legunt Agamenides, ab ἄγαν & μένω; quod nimis diu manserit in spelunca Polyphemi: cùm præsertim nullum nomẽ proprium à Virgilio usurpetur. d) Utitur statu veniali, vel assumptivo, per excusationẽ paupertatis, quasi necessitate adversus eos dimicaverit. Paupertatem enim apud majores causam militiæ fuisse. Sinon arguit: Pauper in arma pater primis huc misit ab annis. e) Utinam propria quiessem pelle, intra fortunam meam utcunq; pauperculam, tutus. f) Ne à Cyclope exoculato ob strepitum ad naves & mare trepidè fugientium, stationem petente occuparentur. g) In vasto vel ingenti antro me relicto solverunt. h) Corrupto occisorum sanguine & carnib9 humanis mactatis fœda. i) Metalepsis aliud ex alio colligens, per opacitatem, magnitudinem, ex qua Polyphemi vastam corporis molẽ arguit. k) Hyperb. Tã procer9 ut cœlum vertice feriat. l) Directis verbis Deos precatur, ut à quib9 vis avertant hoc malum. m) Cuj9 aspectũ nemo ferat, nedũ colloquiũ. n) Pathos ab indignitate mortalium quos corripit. o) Duorũ sociorũ corpora. p) Syncope. q) Madefacta. Alii habent adsperſa. r) Sanguine corrupto s) Habetur hic versus arte singulari elaboratus. t) Nõ est pass9 socios inultos devorari. u) Nec sibi, ubi opus, defuit immemor artiũ veterũ & versutia. x) Nam hoc demũ sapere est, in periculo sapere. y) Simul atq; z) Quod ab Vlysse acceperat, in cujus hostimentum promisit, se eum postremũ devoraturũ, quod magni muneris loco duceret. a) Hypotypt. jacentis flexa cervice. b) Corpus prodigiosum spatio loci mensus est. c) Sic Citero obiicit Antonio 2. Philipp. quòd vomuerit crapulã, frustisq; esculentis vinũ redolentibus gremium suũ, & totũ tribunal impleverit. d) Quo quisq; staret loco. e) Sude oleaginea, prausta. f) Oculũ. g) Terebrãdo occæcam9. h) Dormiẽti clausũ. Alii aliter. i) Magni, qui totũ corp9 tegit. k) Periph. solis. l) Socios devoratos.

[a] *Sum patriâ ex Ithacâ, comes* [b] *infelicis Vlyſſi,*
Nomine [c] *Achæmenides, Trojã genitore Adamaſto*
Paupere (c manſiſſetq; utinam fortuna!) *profectus.*
Hic me, dum trepidi [f] *crudelia limina linquunt,*
Immemores ſocii [g] *vaſto Cyclopis in antro*
Deſeruêre. Domus [h] *ſanie dapibusq, cruentis*
Intus [i] *opaca, ingens:* ipſe [k] arduus, altaq; pulſat
Sidera (l Dii talem terris avertite peſtem)
Nec [m] viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.
Viſceribus [n] *miſerorũ, & ſanguine veſcitur atro.*
Vidi egomet, [o] *duo de numero quum corpora noſtro*
Prenſa manu magnâ, medio reſupinus in antro, [p]
Frangeret ad ſaxum, ſanieq; [q] *exſperſa natarent*
Limina: vidi, atro quum membra fluentia [r] *tabo*
Manderet, [ſ] *& tepidi tremerẽt ſub dentib9 artûs.*
Haud impunè quidem: [t] nec talia paſſus Ulyſſes,
Oblitusve ſui eſt Ithacus [x] diſcrimine tanto.
Nam [y] ſimul expletus dapibus, [z] vinoq; ſepultus,
Cervicem inflexam poſuit: *jacuitq; per antrum*
Immenſum, ſaniem eructans ac fruſta cruento
Per ſomnum [c] *commiſta mero: nos magna precati*
Numina, [d] *ſortitiq; vices, unà undiq; circum*
Fundimur: & telo [e] *lumen* [f] *terebramus acuto,* [g]
Ingens, quod torvâ ſolum ſub fronte [h] *latebat,*
Argolici clypei, aut [i] *Phœbeæ lampadis inſtar.* [k]
Et tandem læti [l] *ſociorum ulciſcimur umbras.* Sed

Achæmenidis Narratio constat Prosopographia

- 1. Sui ipsius,
  - 1. à patria Ithaca, & comitatu Vlyssis.
  - 2. à nomine Achæmenides.
  - 3. à parente, quem describit à nomine & fortuna tenui.
  - 4. à fortuna
    - 1. pristina, cum voto, utinam mansisset, licet tenuis.
    - 2. præsenti, à
      - 1. causa, relictus à sociis fugientibus.
      - 2. subjecto, Cyclopis in antro.
- 2. Polyphemi
  - 1. à subjecti domicilii — 1. fœditate. 2. opacitate. 3. vastitate.
  - 2. à quantitate prodigiosa per
    - 1. Hyperbolen, procerus ad sidera.
    - 2. Epiphonema deprecationis.
  - 3. à qualitate,
    - 1. aspectus torvitate.
    - 2. affatus periculositate.
    - 3. victus immanitate, carne & sanguine humano.
  - 4. ab actione immani, cujus
    - 1. antecedens attestatio, ab αὐτοψία.
    - 2. objectum, duo sociorum corpora
    - 3. forma,
      - 1. manu prehendendo.
      - 2. resupinus jacendo.
      - 3. ad saxa fragendo.
    - 4. effectus
      - 1. cruentatio.
      - 2. manducatio, à recenti membrorum
        - 1. cruore.
        - 2. tremore.
  - 5. à passione, exoculatione, cujo
    - 1. Efficiens Vlyssis vindicaturi — 1. cupiditas. 2. calliditas.
    - 2. Occasio, cùm esset
      - 1. crapula gravatus, dapibo expleto, vino sepulto.
      - 2. somno obrutus, jacens resupinus in antro.
      - 3. vomitu vexatus, eructans
        - 1. saniem.
        - 2. frusta mero mixta.
    - 3. Forma
      - 1. præparationis,
        - 1. invocando Deos.
        - 2. distribuendo vices. 3. circumstando.
      - 2. executionis, qui describitur
        - 1. à causa instrumentali, telo acuto.
        - 2. subjecto loco,
          - 1. discreta, unus.
          - 2. continua instar
            - 1. Clypei.
            - 2. Solis.
        - 3. à fine, ultione Sociorum.

Sed [a] fugite ô miseri, fugite, *atq; ab littore funem*
[b] *Rumpite.*
Nam [c] qualis quantusq; cavo Polyphemo in antro
[d] *Lanigeras claudit pecudes, atq; [e] ubera pressat:*
[f] *Centum alii curva hæc habitant ad littora [g] vulgò*
Infandi Cyclopes, & altis montibus [h] errant,
[i] *Tertia jam Lunæ se cornua lumine [k] complent,*
Quum vitam in sylvis, [l] inter deserta ferarum
Lustra [m] domosq;, traho: vastosq; ab rupe Cyclopas
Prospicio, [n] sonitumq; pedum vocemq; tremisco.
Victum infelicem, [o] baccas lapidosaq; corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia [p] collustrans, hanc primùm [q] ad littora classem
Conspexi venientem: huic me, quæcunq; fuisset,
Addixi. Satis est gentem effugisse nefandam.
Vos [r] animam hanc potiùs quocunq; absumite leto.
*Vix ea fatus erat, [t] summo quum monte *[x] videmus*
Ipsum inter pecudes vastâ se [u] mole moventem
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem:
[x] Monstrum horrendū, [y] *informe, ingens, cui lumen ademptum:*
Truncam manum [z] pinus regit, & vestigia firmat,
Lanigeræ comitantur oves. Ea sola voluptas,
Solamenq; mali: [a] *de collo fistula pendet.*
Postquā altos [b] tetigit fluctus, & ad æquora venit,
*Luminis effossi * fluidum lavit, inde cruorem:*
Dentibus [d] infrendens, gemitu graditurq; per æquor
Jam mediū, [e] nec dum fluctus latera ardua tinxit.

Nos

a) Ex abrupto hortatur ad præcipitem fugam. b) Vim & celeritatem abrumpendi funes nauticos abrupto versu exprimit.
c) Unum est morum, alterum corporis. d) Periph. ovium.
e) Mulget. f) Anantapodoton: Tales tantique centum alii &c.
g) Passim. h) Incertis vagantur sedibus. i) Tres jam abierunt menses. k) Quia Luna lumen suum à Sole accipit. l) Expolitio.
m) ἐν διὰ.
n) Ellips. Ad. o) Agrestium & sylvestrium arborum fructus.
p) Circumspiciens. q) Ad hujus regionis littora. r) In servitutē tradidi; signatè desperationem exprimit. s) Emphaticè! Felicē me ducam, quòd hominum manibus perierim potiùs, quàm talium monstrorum dentibus conficiar. t) In summo scopulo se attollentem. *) Ne Trojani obscuro homini & hosti (ut antea Sinoni) stultè crediili, perignaviam & vanum metum in fugam acti judicentur ἀὐλοψίαν Poëta eleganter admiscet.
n) Molitione, agitatione.
x) Carmen plenum ac sonorum, quo quatuor verbis hominem absolutissimè & elegantissimè describit. y) Ultra formam hominis usitatam. z) Pinus, ramis truncata, qua cæcus manum & pedes regit corporis vastitatem indicat. a) Hæc erat pastorum consuetudo: verùm hoc hemistichion quidam adulterinum censent, imò totum versum.
b) Undas littoreas emensus in altum planumque mare venit.
*) Fluentem. c) De fluctibus.
d) Quòd salsedinis acrimoniam in vulnere sentiret. e) Signum conjecturæ, de monstrosa corporis vastitate.

Discessus à Sicilia constat
- 1. Impulsu, Achæmenidis monitu, qui describitur
  - 1. Formâ, cujus
    - 1. Propositio: fugite, rumpite funem; per exclamationem.
    - 2. Ratio,
      - 1. à Polyphemi
        - 1. immanitate.
        - 2. studio.
      - 2. à reliquorum Cyclopum
        - 1. frequentia.
        - 2. bestialitate.
    - 3. Expolitio sui exempli,
      - 1. ab adjuncto tempore trimestri commorationis suæ.
      - 2. à subjecto loco, in sylvis inter lustra ferarum.
      - 3. ab objecto Cyclopum formidabili
        - 1. visu.
        - 2. auditu.
      - 4. à materia victus, quæ sunt
        - 1. baccæ.
        - 2. corna.
        - 3. herbæ.
      - 5. à gestu, anxiè circumspicientis.
      - 6. ab effectu, conspectu classis Trojanæ.
      - 7. ab affectu seu desiderio
        - 1. sese dedendi.
        - 2. Cyclopes effugiendi.
    - 4. Complexio, si nolueritis me vobiscum hinc abducere, potiq; absumi- (te animam ferro.
  - 2. Eventu Polyphemi
    - 1. consectu,
      - 1. à tempore, vix ea fatus.
      - 2. à loco, summo monte.
      - 3. à studio pastorali.
      - 4. à termino ad quem.
      - 5. à pedo, cujus
        - 1. materia, trunca pinus.
        - 2. finis, vestigiorum firmatio.
      - 7. à solamine infortunii
        - 1. ovium comitatu.
        - 2. fistula collo dependente.
    - 2. actu,
      - 1. descensu in mare.
      - 2. lotione,
        - 1. ab objecto cruore.
        - 2. ab adjuncto gemitu, & collisione dentium.
      - 3. progressu,
        - 1. à subjecto, mari medio.
        - 2. ab adjuncta proceritate, quâ nec dum latera tingebat.
- 2. Actu, Trojanorum fuga. vid. seq.

a) Graphicè trepidationem fugæ describit. b) Enallage.
c) Achæmenide, non fallaci Sinone; utpote à quo tempestivè periculum edocti perniciem evasim°: ferunt hunc revera cum Trojanis in Italiam venisse. d) Navis retinacula. e) Metaph. à scopis ad remos, & solido pavimento ad mare. f) Summus remigantium conatus. g) Advertit ex ictibus & percussione remorum, fugiẽtium strepitum. h) Intendere, & anxia quadam aviditate manum navibus iniicere. i) Maris Jonii.
k) Quo saxa & rupes reboabant.
l) Hyperbole. m) Contremere.
n) Siciliæ. Synecd. o) Metaph. rei tragicæ accommodata.
p) Echo enim in concavis locis est.
q) Penultima longa ab Excio.
r) Admirabili brevitate multitudinem Cyclopum expressit.
s) Quia tam longinqui nocere nõ poterant. t) Alludit ad Græcum αἰνυαῖος, magnus & immanis. u) Ad cælũ. Hyperbole.
x) Appositio. y) Sublimes in aërẽ sublatæ. z) Conos ferentes, seu baccas coni modo à rotunditate in acumen levatas.
a) Jovis, ob quercum; Dianæ propter cupressum. b) Meton. Acres faciens. c) Raptim colligere, & quocunque venti vocarent, cursum intendere. d) Qui nos à puppi secuti urgebant inter Siciliam & Italiam. e) Sensus est: Timor cogebat, ut ventum non judicium secuti, quocunque navigaremus; sed occurrebat præceptum Heleni vitare jubentis, Scyllam atque Charybdim. f) Modico mortis interstitio.
g) Ne cursus agantur & impellantur illac. h) Placuit retrorsum navigare. i) Car basa est linteis cõfecta. Meton. *) Dum hoc cogitamus, ecce prosperior nobis flare cœpit Boreas. k) A fretu Siculo, quod cum aliis vide in Charta Geogr. l) Promont. Sic. versùs Septentr. m) Favore Numinum.
n) Naturali, nativo. o) Fluv. juxta sinum Megaricum & Leontinum. p) Non longè à Syracusis.
q) Siciliæ peninsulam. r) Renavigans. s) Errore & peregrinatione cognita. Græcismus.
t) Qui paucis antè mensibus cum duce suo omnem eam oram pererrarat.

Nos[a] *procul inde fugam trepidi* [b] *celerare, recepto*
[c] *Supplice sic merito: tacitiq; incidere* [d] *funem:*
[e] *Verrimus &* [f] *proni certantibus æquora remis.*
Sensit, & ad sonitum [g] *vocis vestigia torsit.*
Verùm ubi nulla datur dextrã[h] *affectare potestas,*
Nec potis [i] *Jonios fluctus æquare sequendo:*
Clamorem [k] *immensum tollit, quo* [l] *pontus & omnes*
Intremuêre undæ: penitus q; exterrita tellus
[n] *Italiæ, curvisq;* [o] *immugiit Ætna* [p] *cavernis.*
At genus è sylvis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & [r] *littora complent.*
Cernimus astantes [s] ne quicquam lumine torvo
[t] Ætneos fratres, [u] cœlo capita alta ferentes.
[x] Concilium horrendum: *quales quum vertice celso*
Aëriæ quercûs, aut [z] *coniferæ cyparissi*
Constiterant, [a] *silva alta Jovis, lucusve Dianæ.*
Præcipites metus [b] *acer agit, quocunq; rudentes*
[c] *Excutere, & ventis intendere vela* [d] *secundis.*
[e] *Contrà jussa monẽt Heleni,* Scyllã atq; Charybdim
Inter utramq; viam [f] leti discrimine parvo,
[g] *Ni teneant cursûs.* [h] *Certum est dare* [i] *linteа retrò,*
* *Ecce autem Boreas* [k] *angusta à sede* [l] *Pelori*
[m] *Missus adest,* [n] *vivo præter vehor ostia saxo*
[o] *Pantagiæ,* [p] *Megarosq; sinûs,* [q] *Tapsumq; jacentem.*
Talia monstrabat [r] *relegens* [s] *errata retrorsum*
Littora [t] *Achæmenides, comes infelicis Ulyssi.*

Sica-

Trojanorum Fuga constat

- 1. Apparatu videl. { 1. festinatione. 2. Achæmenidis receptione. 3. tacita funis solutione. 4. certanti remigatione.
- 2. Effectu
  - 1. Polyphemi
    - 1. conatu invadendi, { 1. ab impulsiva, percepto sonitu. 2. ab effecto, vestigia torsit.
    - 2. boatu { 1. ab impulsiva, fruſtraneo conatu { 1. prehendendi. 2. insequendi. 2. à forma, immenso clamore.
    - 3. ab effectu, { 1. tremore maris. 2. terrore Italiæ. 3. mugitu Ætnæ.
  - 2. Cyclopũ confluxu
    - 1. à subjecto termino { 1. à quo, silvis & montibus. 2. ad quem, portum & littora.
    - 2. ab adjuncta fruſtraneæ torvitate vultus.
    - 3. à quantitate, per { 1. Distributionem { 1. magnitudinis immensæ. 2. multitudinis horrendæ.
      2. Cõparationẽ arborũ, { 1. à specie, { 1. quercuum. 2. cupressorum. 2. à fine, sacrarum { 1. Iovi. 2. Dianæ.
- 3. Evẽtu, Trojanorum cursu
  - 1. à consilio
    - 1. insano, cujus { 1. impulsiva, metus præcipitans. 2. finis, ut ventis quibusvis committatur cursus.
    - 2. sano, cujus { 1. causa, Heleni præceptum. 2. finis, Scyllæ & Charybdis effugium. 3. impulsiva, mortis periculum. 4 effectum, retronavigandi propositum.
  - 2. ab adjuvante Borea, à Peloro flante.
  - 3. ab objectorũ locorũ, quæ prætervigabant { 1. denominatione, { 1. Pantagiæ fluvius. 2. Megaræ sinus. 3. Peninsula Tapsus. (roris. 2. demõstratione, cujus causa Achæmenides { 1. ab experientia pristini er- 2. à fortuna, cùm esset comes Vlyssis.

a) Systole. b) Ex oppositio.
c) Siciliæ promontorium juxta Syracusas. Idem est undosum, quod Plemmyrium. d) Insula, quæ Ponte juncta erat Syracusis.
e) Flumen Elidis regionis per subterraneos cuniculos emergit ex fonte Arethusa. f) Fonte vivo.
g) Apostrophe. h) Etiam in periculis optimum principem religionis incessit cura earum regionum, quæ præternavigat.
i) Prætervehor. k) Campis enim superfundicur, ut Nilus.
l) Amnis est vastus & amplus, sic dictus ab Eloro rege, qui eum pōte junxit & pervium fecit.
m) Porrò jactata, prominentia.
n) Pachynus promont. Austrum spectans, ab aëris crassitudine dictum, παχὺς, pinguis.
o) Stringimus. p) Et oppidum & palus Siciliæ, quæ cum quondam tempore siccata pestilentiam è putore creasset; Apollo consultus vetuit eam moveri, h. e. penitus exiccari. Cives neglecto responso eam exhauserunt; quo facto cessavit quidem pestis: sed per eam ingresso hoste, pœnas neglecti oraculi dederunt. q) Gelæ civitati vicini. r) Urbs magna ejusdem nominis cum fluvio.
s) Et fluvius & urbs Siciliæ.
t) Syncope. u) Apostrophe.
x) Civitas juxta Lilybeum, ubi palmarum copia. y) Lilybeum tertiũ prom. Sicil. versùs Occidentem, sub quo vada latentibus saxis periculum nautis facessunt.
z) Urbs est ad radicem montis Erycis, à falce dicta vel Vulcani vel Cereris. a) Tristis. b) Apostr. pathetica. c) Quia Italiam non contigit intrare. d) Religiosa, & monita horrorem incutientia.
e) Epilogus brevis, quo cursum suum in compendium contrahit.
f) Adulando se Didoni commendat, in deorum voluntatem appulsum suum transferens.
g) Laconica brevitate perorat poëta animorum attentionem ostendens. h) Eversionem Trojæ,

[a] *Sicanio prætenta sinu jacet insula* [b] *contrà*
[c] *Plemmyrium undosum: nomen dixêre priores*
[d] *Ortygiam.* [e] *Alpheum fama est huc Elidis amnem*
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
[f] *Ore* [g] *Arethusa tuo Siculis confunditur undis.*
Jussi [h] *numina magna loci veneramur: & inde*
[i] *Ex supero* [k] *præpingue solum stagnantis* [l] *Elori.*
Hinc altas cautes [m] *projectaq; saxa* [n] *Pachyni*
[o] *Radimus: &* fatis nunquam concessa moveri
Apparet [p] Camarina *procul,* [q] *campiq; Geloi,*
Immanisq; [r] *Gela, fluvii cognomine dicta.*
Arduus inde [s] *Agragas ostentat maxima longè*
Mœnia [t] *magnanimûm quondã generator equorũ.*
Teq; datis linquo ventis [x] *palmosa Selinus,*
Et vada dura lego saxis [y] *Lilybeïa cæcis.*
Hinc [z] *Drepani me portus &* [a] *illætabilis ora*
Accipit: hic pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curæ casusq; levamen,
Amitto *Anchisen.* [b] *Hic me, pater optime, fessum*
Deseris, heu tantis [c] *ne quicquam erepte periclis.*
Nec vates Helenus, quũ multa [d] *horrẽda moneret,*
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic [e] labor extremus, longarum hæc meta viarũ.
Hinc me digressum vestris [f] *Deus appulit oris.*
Sic pater Æneas [g] *intentis omnibus unus*
[b] *Fata renarrabat divûm,* [i] *cursusq; docebat.*
Conticuit tandem, [k] *factoq; hic fine quievit.*

Anno-

TAB. XXVIII.

Drepanum Luctuosum constat

- 1. antecedenti, Cursu, per
  - 1. Topographiam,
    - 1. à subjectis
      - 1. insula,
        - 1. à situ.
        - 2. à nomine.
      - 2. fluvio
        - 1. à nomine & loco.
        - 2. à subterraneo meatu.
        - 3. à lapsu in mare.
    - 2. ab adjuncta religione.
  - 2. Congeriem locorũ, quæ præternavigabant:
    - 1. Amnis Helorus.
    - 2. Saxa Pachyni.
    - 3. Lacus Camarina.
    - 4. Campus & urbs Gelæ.
    - 5. Mons Agragas
      - 1. ab altitudine.
      - 2. à civitate Agrigento equorũ præstantia celebri.
    - 6. Vrbs Selinis.
    - 7. Promontorium Lilybæum.
- 2. Subsequenti Egressu
  - 1. à subjecto loco, portu & ora Drepani.
  - 2. ab adjuncto luctu ex obitu parentis, per
    - 1. Pathopœiam, à
      - 1. suo gravamine.
      - 2. parentis levamine.
    - 2. Apostrphen ad parentem.
    - 3. Exclamationẽ, de parente frustra diu servato.
    - 4. Cõparationem, cujus
      - 1. Protasis, Helenus & Celæno præ. dixerunt multa horrenda.
      - 2. Antapodosis, hunc autem luctum reticuerunt.
  - 3. narrationis Epilogo, vel
    - 1. Æneæ de
      - 1. extrema meta viarum & laborum.
      - 2. termino ad quem, terra Carthaginis.
    - 2. Poëtæ,
      - 1. de audientium attentione.
      - 2. de narrandi materia,
        - 1. Trojæ excidio.
        - 2. Æneæ profugio.
      - 3. de narrantis silentio.

i) Suam jactationem. *k*) Expolitio ſilentii. Reſtabat, ut narraret, quo caſu ſolutaSiciliæ ora inItaliam transmiſſurus, retrò in *A*fricam perveniſſet; ſed quia hinc, ut à fine rei exordium operis duxit, narravitque lib. 1. quo pacto conſilio & injuria Junonis concitata tempeſtate, amiſſis navibus, curſus excuſſus, ægrè *A*fricanum portum tenuerit, artificiosè hic narrationem abrumpit, ſatis ducens, tribus verbis indicaſſe, è Sicilia digreſſum, Deo ſic volente, in Africam ſe delatum: quod ipſum Dido ex oratione Ilionei cognoverat, cùm diceret, coorta tempeſtate claſſem ſuiſſe diſpulſam, & huc rejectam,

Annotatio de Arethuſa & Alpheo.

ARethuſam fontem à Nympha quadam venatrice nomen duxiſſe fabulantur Poëtæ, quæ cùm fortè laſſa in Alpheo flumine ſe lavaret, ab eo fuit adamata, quæ cùm amatorem fugeret, in Sicilia transformata eſt in fontem ſui nominis. Quin addunt transformationem miraculum conſecutum: Alpheum per occultos terræ meatus eam inſecutum, & quidem ſubter mare, donec illi in Sicilia miſceretur. Fabuloſum id quidem, ſed haud temerè commentatum. Nam ſi verùm eſt, Alpheum ex Tryphylico littore ſubter mare in Siciliam fluere, ibique in Arethuſæ amne caput rurſum attollere, labique priori amiſſo nomine, in mare; quis obſecro, non admiretur hanc naturæ novitatem? neque verò, ſi poſtules, id apud Poëtas tantum, ſed etiam apud diligentiſſimos, veraciſſimoſque, ut eſſe debent omnes, naturalium, reconditarumque rerum inveſtigatores Geographos legitur. Timæum porrò omnium primum id obſervaſſe ferunt, eo argumento ducum, quòd omnia in Alpheum jacta, in Arethuſa viſuntur. Per Alphei autem fluminis fabulam ſignificarunt antiqui, quòd animo noſter virtutem ſuapte natura expetat. Quarecùm Alpheus fluvius eſſet purgandis maculis accommodatus, dictus eſt ſequi Arethuſam. Nam animæ multis vitiorum voluptatumque maculis contaminatæ non ſunt ad virtutem propenſæ, ſed quaſi brutorum in hominum corporibus vivunt.

FINIS.

7184 1

ULB Halle 3
005 129 184

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0067-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0068-1

ANALYSIS
Tertii Æneidos,
UM ÆNEÆ
ab
RIENTE,
versùs
IONEM ET MERIDIEM,
ad
CCIDENTEM,
s, Oraculis, Contagiis, Monstris,
Baculis, Deliciis, Sacrificiis,
Periculis, Exequiis,
MIXTUM,
NOTIS & TABULIS
delineans.
Opera
PHI SEIZII, p.t. Rect. Gymnasii
Patrii Svevo-Halensis.

HALÆ SVEVORUM,
thoris, excud. Johan-Reinhardus Laidig
o Æræ Christianæ MDCLVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356840-p0069-0